

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
VI

RES POLONICAE IACOBO I ANGLIAE
REGNANTE CONSCRIPTAE
EX ARCHIVIS PUBLICIS LONDONIARUM

edidit

DR. CAROLUS H. TALBOT



NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1962


INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
VI

RES POLONICAE IACOBO I ANGLIAE
REGNANTE CONSCRIPTAE
EX ARCHIVIS PUBLICIS LONDONIARUM

edidit

DR. CAROLUS H. TALBOT



NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1962

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
MEMORIAE
CAROLI DE BRZIE
LANCKORONSKI
DICATAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

INDEX RERUM

Praefatio	Pag.	V - VI
Introductio	»	VII - XI
Textus documentorum	»	1 - 329
Tabulae (I - VIII)	»	I - VIII
Regesta documentorum	»	331 - 373
Index tabularum	»	377
Index nominum propriorum	»	379 - 391
Index chronologicus	»	393 - 394
Glossarium aliquot verborum anglicorum et scotorum	»	395 - 396

PRAEFATIO

Quod nunc editur volumen VI « Elementorum ad fontium editiones », in praefatione quam scripsimus in volumine IV eiusdem seriei praenuntiatum est. Volumen igitur est illius voluminis, ad regnum Elisabethae I spectantis, continuatio; ordinem enim archivi topographicum secutum originem capit ad illius terminis. Ita ex Archivis Publicis Londoniarum omnes res ad Poloniam spectantes, quae in serie « State Papers Foreign » in voluminibus 88/1 88/2, 88/3, 88/4 continentur, iam nunc typis editas habemus ad utilitatem omnium, qui tempora acta melius cognoscere cupiunt.

Spectat igitur hoc volumen ad regnum Iacobi Primi. Mirum est, quam magna, mutato rege, evenerit mutatio rerum. Quae vero in archivi quoque documentis relucet: Elisabetha I regnante, negotia mercatorum et nautarum saepius tractabantur, de rebus vero politicis rarius scribebatur; sub Iacobo I, res politicae primum locum in commercio litterarum obtinent. Item temporibus Elisabethae rex Poloniae catholicos, i. a. missionarios e Societate Iesu ad Angliam euntes, protegere solebat; Iacobo I autem regnante regis Poloniae subditi acatholici, uti duces Prussiae, duces Curlandiae aliique ad defensorem « verae » fidei — uti regem Angliae vocant — in controversiis cum rege suo recurrere solent, non frustra sperantes Iacobum I coram Sigismundo III pro eis intercessurum; ita cessat protectio regis Poloniae super catholicos in Anglia; et « defensor fidei » fit quodam modo acatholicorum in Polonia advocatus et patronus.

Unitatem quandam principum Europae Christianorum demonstrant officia, a rege Angliae per legatos suos oblata Polonis, qui in captivitate sultani detinebantur, ad eorum liberationem consequendam.

Latinitatis iam apparere incipit occasus; vivunt adhuc aliqui seniores, uti Ioannes Zamoyski, quem et immensus thesaurus

vocum Latinarum et magnorum scriptorum memoria revera optimas epistolas scribere sinunt. Apparent iam tamen versiones Anglicae et Gallicae textum Latinorum, quae demonstrant non deesse in curiis viros Latinitatis prorsus ignaros.

Monumenta huius temporis omnia, etsi ad res publicas spectent, nunquam mere politica sunt; res enim religionis tam magnum habent apud reges pretium, ut vix aliqua eorum negotia ad solas res saeculares limitentur; res fidei et res politicae tam stricte inter se conectuntur, ut aliae ab aliis vix separari possint. Quam ob rerum religiosarum et politicarum intimam imo intrinsicam cohaesionem volumen non solum ad res gestas civiles nationum Europae, sed etiam ad religiosam historiam Christianitatis et prae omnibus ad historiam Ecclesiae aliquid conferre putamus.

Placet nobis gratias quas in volumine praecedenti et Dri Carolo H. Talbot, et Custodibus Archivorum Publicorum Londoniensium, et Dri I. Jasnowski iam semel egimus, hic repetere.

*Curatores Editionum
Instituti Historici Polonici Romae*

VALERIANUS MEYSZTOWICZ

CAROLINA LANCKOROŃSKA

INTRODUCTIO

In volumine praevio quaedam documenta in Archivis Publicis Londoniarum asservata, et regina Elizabetha I regnante ad regna Polonica et Anglica spectantia, in usum studiosorum edere curavimus. Nunc faventibus, immo rogantibus curatoribus Instituti Historici Polonici Romae ad seriem aliam documentorum edendam adorimur; quae series ex iisdem Archivis erepta et ibi in voluminibus 88/2, 88/3, 88/4 contenta res gestas Iacobi primi, reginae Elizabethae successoris, complectitur. Cum Iacobus I regimen Angliae suscepit anno 1603 et usque ad annum 1625 feliciter rexit, documenta haec ad illustrandum cursum eventuum regnum Polonicum per spatium viginti duorum annorum maxime afficientium optime iuvant, praesertim cum, ut apparet, multa eorum ex aliis fontibus erui minime possunt. Secus ac in volumine praecedenti, ubi monuimus lectores quaedam a nobis in extenso edita iam in serie «State Papers: Foreign», vol. XIX, London 1916, sub forma abbreviata esse impressa, omnia documenta hinc proposita hucusque inedita remanserunt: ad historiam regni Poloniae illustrandam ergo non parvi sunt momenti.

DE GENERE DOCUMENTORUM

Quamvis haec documenta maxima parte unica videantur, non omnia tamen sunt originalia. Sunt multa enim quae ex natura sua pertinent non ad regnum Angliae sed ad res internas et politicas aliorum regnorum, et si nunc in archivis Britannicis inveniuntur, liquide patet ea non directe sed indirecte in Angliam remissa esse. Ut exempla demus, querimoniae Ordinum Transylvaniae ad Sigismundum III regem Poloniae directae regnum Angliae minime concernunt et nonnisi sub forma exemplari in manus Iacobi et ministrorum eius cadere potuerunt: eodem modo conditiones pacis a Sigismundo Rege ad nobiles suos edictae, iusiurandum a Marchione Brandenburgico in electione eius emissum, epistolae a Sigismundo ad civitates Hanseaticas et Sueticas conscriptae, licentia ad senatores Polonicos de induciis cum Suecis faciendis data, et alia plurima quae inter documenta nostra inveniuntur, non possunt esse originalia. Evidenter sunt exemplaria a legatis Anglicis vel a famulis suis facta, inde transmissa ut consiliarios regios de rebus politicis certiores redderent. Mirum est quot documenta nonnisi indirecte Angliam spectantia ad notitiam regis Iacobi pervenirent. In certis

casibus non unum sed duo vel plura exemplaria eiusdem documenti a diversis ministris conscripta per nuntios in Angliam afferebantur. Hoc clare demonstrat quod dictum est a Sigismundo rege, Iacobum non esse ociosum spectatorem vicinae sibi flammae, sed curam habere totius Christianitatis. Alia documenta exemplaria sunt ea quae ex aula regia ad partes transmarinas provenerunt: nulla datur epistola a Iacobo ipso signata; sunt tantum minutae, raptim scriptae et aliquando, sed raro, correctae. Textus originales certe sunt epistolae Sigismundi III Regis Poloniae, sigillo munitae et propria sua manu signatae, sicut et aliae epistolae Vladislai principis, Janusii et Christophori Radziwiłł, Caroli Chodkiewicz, Guilelmi et Frederici Ducum Curlandiae et aliorum plurimorum. Omnes epistolae a legatis Anglicis in executione munerum suorum dictatae et ad superiores suos transmissae originales sunt, sicut et descriptio belli Moschovitici a Thoma Chamberlayne edita.

DE LINGUA DOCUMENTORUM

Fere omnes epistolae quae inter Reges utriusque regni datae sunt et eae quae ad nobiles vel secretarios regios directae lingua latina sunt redactae. Inter eas autem inventae sunt plurimae quae aut lingua Gallica aut lingua Italica scriptae sunt, praesertim cum agitur de commercio epistolarum inter nuncios et legatos utriusque regni apud Portam Ottomanicam residentes.

Dantur et alia documenta Italice et Gallice scripta, ab ignotis relatoribus edita, quae pro maxima parte videntur esse relationes ablegatorum aliorum regnorum sed a ministris Anglicis transmissae et propriis litteris inclusae. Generatim relationes de rebus Polonicis ab Anglis ad regem vel ad secretarios eius directae lingua Anglica vel Scotica sunt redactae.

DE ORTHOGRAPHIA

In volumine praevio monuimus lectores de variis modis a scriptoribus documentorum adhibitis etiam quando de lingua latina agitur. Haec monitio hinc iterum valet. Sed additur nova et insperata difficultas, eo quod multae epistolae et relationes scriptae sunt a Scotis. Iacobus I, corona Angliae assumpta, multos assecclas Scoticos de Scotia in Angliam attulit, qui regio favore, ut sibi lingua, moribus et genere similes et ideo grati, varia ministeria sive apud aulam regiam sive apud reges externos exercebant. Lingua qua utebantur hi familiares Scoti multis in modis ab Anglica dissidebat, ita ut inter utrasque differentia magna non tantum in sono, sed etiam in orthographia et proprietate verborum apparebat. Ita evenit ut quando hi ministri Scoti in partibus transmarinis positi, officiis apud Polonos perfunctis, relationes suas redigebant, non tam Anglica quam Scotica lingua utebantur.

Tales ministri, formae verborum inusitatae conscii, se excusabant apud Secretarios Anglicos de ignorantia linguae et orthographiae Anglicae, ut videre est in epistola Guilelmi Bruce ad Robertum Cecil, ita ut illis melius visum sit latine, gallice vel italice scribere. Decursu tem-

poris autem, ut e documentis elucet, ad addiscendam orthographiam apud Anglos usitatam se dederunt, et post aliquot annos formam apud omnes acceptam adhibebant. Pro lectoribus glossarium aliquot verborum in fine libri compilavimus, sed non ita plenum ut omnes deformationes orthographicae contineantur. Ratio est quod differentiae, quamvis prima fronte enormes videantur, non sunt ita extravagantes ut non possent faciliter intelligi a lectore prudenti postquam regulas quasdam in mentem habuit. Primo igitur memorari debet lector quod scriptores Scoti semper adhibebant litteram «w» pro «v»; exempli gratia, «ewer» pro «ever», «service» pro «service» et ita porro: adhibebant etiam «it» pro «ed» in fine verborum, ut videre est in «callit» pro «called», «resaiwit» pro «received» etc: maxima autem differentia patet in verbis qualia sunt «quha» (who) «quhome» (whom), «quhen» (when), «quhat» (what), «quhair» (where) ubi semper exprimebant sonum gutturalem ab Anglis generaliter suppressum. Alia differentia apparet in verbis ubi «ch» locum tenet «ugh», exempli gratia «thochte» pro «thought», «brochte» pro «brought» et ita porro. Sed non est necesse omnia haec sub oculis praebere, quia lector satis admonitus et vigilans post unam vel alteram epistolam perlectam deformationes tales recognoscet sine difficultate. Mentionem autem fecimus talium irregularitatum in modo scribendi ut non imputet lector menda editori vel typographo quae revera sunt usus scriptoris.

TRANSCRIPTIO TEXTUS

Ad transcriptionem documentorum quod attinet easdem regulas adhibuimus quas in volumine praevio patefactae sunt. Ideo nihil hinc addendum putavimus, nisi quod in omnibus casibus nomina Polonica, quantumvis deformata et vix intelligibilia, relinquimus sicut in documentis scripta sunt, additis tamen notis in calce paginae ut lector admonitus fieret editorem conscium esse talium deformationum. Generatim autem hoc evenit tantum in documentis quae originalia non sunt. Interpunctio etiam intacta remanet, sicut et divisio partium orationum, epistolarum et relationum.

De datatione et de foliatione documentorum ea quam iam dicta sunt in editione praecedenti aequae valent. Nihil mutavimus quia nihil, ut videtur, mutatione eget.

DE REBUS

Uti iam vidimus plurima documenta ad acta diplomatica inter utraque regna Poloniae et Angliae spectant. Adsunt multae epistolae a Iacobo I ad Sigismundum III missae et vice versa, quamvis pauciores sunt quam eae quae inter Elizabetham et reges Poloniae in praecedenti periodo intervenerunt. Ideo ex his pauca discimus quae ad historiam proprie dictam pertinent. Pari modo infrequentior est commercium epistolarum de negotiatoribus, de querelis Elbingensium et Gedanensium et de facinoribus piratarum Anglicorum, ita ut quaestiones oeconomicae quae tempore Elizabethae reginae locum praecipuum tenebant quasi a

tergo relinqui videntur. De rebus autem politicis Poloniae, sive internis sive externis, documenta nos plene instruunt.

Polonia catholica Ecclesiae Romanae fidelis et idcirco nationibus Protestantibus invisa non potuit inter fluctus et tempestates religiosos illius saeculi decimi septimi iter placidum peragere.

Poloni undequaque lacessiti sive a Moscovitis, sive a Suecis sive a Turcis ne quidem in patria sua ulla concordia gaudebant, quia quando inimici exteriores ab insidiis et invasionibus suis vacabant, homines inquieti contra regem et contra legem arma sumebant. Tumultus et coniurationes a ministris Anglicis in suis relationibus vivide narrantur et depinguntur. Ad bella quod attinet, multum interest conscriptio militum tam Anglicorum quam Scotticorum et Hibernensium a Sigismundo III et eius legato Ossoliński facta ad invasionem Turcicam arciendam, ad quam Iacobus I se facilem praebeuit: sed e contra ex relatione Thomae Chamberlayne de bello Moschovitico patet multos alios, amore pecuniae ductos, sub Ducibus Sueticis et pro Moschovitis contra Polonos militasse. De Moschovitarum indole tam tempore belli quam pacis multa narrantur, quamvis obiter, sed multo magis valet quod in serie longa epistolarum et relationum de variis vicissitudinibus belli contra eos illati descriptum est. Videre possumus quasi testes omnes rerum successus expeditionis illius, tam miseras quam victorias, optime et sine ira et studio delineatos. De invasione Turcica varia sunt elementa: major pars eorum in supplementum huius libri reticimus, eo quod documenta ad Portam Ottomanicam spectantia et olim in serie Polonica contenta, hodie in serie Turcica separatim colliguntur. Ex his documentis plene instrumur de liberatione captivorum Polonicorum, de tentamine legati Anglici pro pace servanda, de conditionibus a Turcis quaesitis non minus quam de superbia incredibili et inflata Imperatorum Turcarum et de eorum intransigentia. Alia documenta tractant de bello Suetico et de induciis habendis in quibus iustitia causae non minus quam temperantia regis Sigismundi lucide patet. Res religiosae frequentiores occurrunt quam in serie praecedenti, non tantum ex parte Polonorum sed etiam ex parte Anglorum. Iacobus I enim non solum cum Theologis in regno proprio se immiscuit, sed etiam cum illis de regionibus longinquis. Sic per Janusium et Christophorum Radziwiłł inquisivit quid docerent Theologi Germanici et Polonici, quid senserint de opinionibus eius, quid de libro eius super divino iure regum sententiam decernerent. Et ex hoc evenit quod Catholici, tam Poloni quam Angli in Polonia commorantes, a religione sua Protestantica abhorrentes, libros contra eum conscribebant, quorum auctores Iacobus per ministros suos persequi et punire expertus est. De destructione ecclesiarum in diversis locis, de tumultibus religiosis excitatis, de aliis difficultatibus tam pro rege quam pro patria inde exortis documenta fusius nos edocent. Non minoris momenti sunt epistolae Ducum Guilelmi et Frederici Curlandiae, nec non ducis Prussiae, quae quamvis proluxae et taediosae apparent, tamen quaestionem nodosam et pene inextricabilem tangunt; duces enim de propria erga regem fidelitate testantur; sed consuetudines feudales, vim habentes in ducatibus Curlandiae et Prussiae, vix componi possunt cum principiis aequalitatis democratiae nobiliaris quae sub regibus Poloniae vigeat. Ut liquet ex documentis allatis quaestio difficilior devenit ex eo, quod crimen homicidii et forsan proditionis, (nam Guilelmus amicum se monstravit regis Sueciae, Sigismundi ad-

versarii), implicatum est; insuper duces Curlandiae et Livoniae et etiam Prussiae, Ordinis Theutonici olim catholici heredes, ecclesiae catholicae adversabantur, et ad Sueciam protestantem se inclinabant.

Ut finem ponamus huic praefatiunculae restat dicendum quod documenta in praesenti volumine edita quamplurimas res magni momenti ad historiam Poloniae illustrandam continent, quae si me latent, lectores tamen studiosos non effugient.

Iterum gratias ago Curatoribus Archivorum Londoniarum qui licentiam dederunt, ut documenta edi et imprimi possent, et me auxiliis omnibus quibus egui suppeditarunt. Curatoribus etiam Editionum Instituti Historici Polonici Romae officia mea defero, a quibus opem quam maximam accepi.

Londoniis, die 24 Aprilis 1962

CAROLUS H. TALBOT

T E X T U S

Cracoviae, 15 Decembris 1603

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de querelis Elbingensium contra mercatores Anglos*

F. 123 r Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae, Hiberniae Regi fidei defensori etc., consanguineo, affini et fratri nostro char-mo, Sigismundus III eadem gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae etc, necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Accepimus litteras Ser-tis V-rae, quibus nobis mercatorum Anglorum societatem in Civitate nostra Elbingensi consistentem commendat, postulatque ut eius illic rationes et instituta patrocinio nostro tueamur. Grata quidem nobis semper fuit, pro nostra in gentem Anglicam propensione haec ipsa societas, beneque erga illam affecti fuimus. Verum delato ad Ser-tem V-ram Angliae Regno, cum ob amicitiam Ser-tis V-rae, quam nobis longe charissimam esse demonstrare cupimus, tum commendationis ipsius causa, erit porro multo gravior. Coeterum dissimulare non possumus, crebras ad nos subditorum nostrorum deferri querelas, quod ab hominibus Societatis huius gravibus incommodis afficiantur, multa ab illis introducta esse, quae huius regni legibus ac institutis adversentur, peculiare illos habere Magistratus et consilia, ius ab illis dici, causarum cognitiones fieri, mercibus tam importatis, quam quae exportantur precia arbitrio eorum privato, veluti quadam lege et constitutione imponi, merces vitiosas ob-

F. 123 v trudi, omniumque fere negotiationum in Regno nostro illos arbitros et dominos esse. Quae cum in aliis Regnis ac provinciis, in ipsiusque adeo Ser-tis V-rae regnis et dominiis vix fortasse permittantur, attentius nobis ac diligentius, quod idem a Ser-te V-ra fieri cupimus, in hoc totum negotium inspiciendum erit, ita tamen, ut et Ser-tis V-rae amicitiae magna a nobis ratio habeatur, et quantum per leges regni licebit, quantum boni et aequi patietur communis ratio, Societatis eius praesidio nostra non desit auctoritas. De coetero optamus Ser-ti V-rae

prosperam et diuturnam incolumitatem. Datum Cracoviae die XV Decembris, A.D. M D C III Regnorum nostrorum Poloniae XVI, Sueciae X^o

Ser-tis V-rae bonus frater et consanguineus

Sigismundus Rex.

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae, Hiberniae Regi fidei defensori ac consanguineo affini et fratri nostro char-mo. *Alia manu:* K. of Polonia to his Ma-tie. Dec. 15. 1603. *Sigillum arreptum.*

N. 2

s.l., s.d.

*Cancellarius Poloniae, [Ioannes Zamoycki]
ad Ioannem Herbert
de opportunitate belli contra Turcas (exemplar, fragm.)*

F. 125 r Copie of the Chancelour of Poland lettre to Mr. Secretary Herbert.

Ego jam bellorum satur, sine offensione Dei sit laus supra 20 annos administrator, quiete me reficio, satisfactumque pro virili a me Ser-mis Regibus meis, et Patriae aliis in locis existimo. hoc unum saltem expecto, si Deus Principes Christianos excitarit ad rem serio contra Turcam suscipiendam. Et bello libenter interesset et reliquum vitae pro Christiana fide profunderem. Quod ipsum non adeo est ut putatur arduum, Princeps Turcarum puer, Consiliarii stolidi a cubiculi ministeriis producti, Dux peritus nullus, miles socordiae et desidia deditus, disciplina dissoluta, ac longe diversa ab ea quae Solymanni et aliorum fortitudine praestantium Dominorum Turciae temporibus erat. Hastatorum equitum viginti, levis armaturae duodecim, cataphractorum decem, peditum viginti milia, adjectis tormentis et aliis necessariis requireret. Centum equites hastati in trimestri apud nos mille sexcentos florenos accipiunt, levioris armaturae mille trecentos. Vrbs ipsa Constantinopolis petenda esset, transmisso Danubio in ulteriori Valachia, qua in via nullae sunt urbes et arces munitae quae morari possint.

In dorso: Copie of part of a lettre of the Chancelor of Poland to Mr. Secretary Herbert concerning the war against the Turkes.

N. 3

Richmondiae, 15 Januarii 1604

*Stanislaus Cikowski, legatus Poloniae
ad Franciscum Douglas
eum a delicto excusat*

F. 127 r S[alutem] P[lurimam] D[icit]

Excusatione D.D. ulla non eget. Neque alicuius delicti ratione inculpatam volui nec volo. Existimo D.V. se uti nobilem virum decet semper

se gerere. Itaque rumores hos cum sit sibi innocentiae conscius non curat. Interim bene eandem valere cupio.

Datum Ricmundo 15 Januarii 1604

Stan. Czikowsky

Legatus regis Pol.

N. 4

[Londini], 15 Januarii 1604

Franciscus Douglas
ad Stanislaum Cikowski
de furto sibi incusato

F. 127 r Magnifice domine, non vellem M.S. epistolam meam novissimam excusatoriam putare, hoc enim esset in me culpam recipere, quod cum ab illiusmodi fasinatoribus a) mens omnino abhorret, volo me etiam ab omni suspitione vacuum esse. Itaque si quid scrupuli in animo M-ae S-ae vel aliquorum sequatium adhuc de illo foedissimo furto manet, vellem plane dicant et more generosorum mundo satisfaciam. Sin M-a S-a hoc turpe de meo ortum scandalum, ut scribit rumores putat, cupio M-m S-m investigare inter suos rumorum originem, nam jam res ad regis aures delata est, et necesse est ut ipse satisfaciatur, quare donec vel purger vel aliquem habuero qui me acuset tanquam in carcere b) vivo, nam amicos consanguineos et sodales pudet intueri. hec ergo tota mea est petitio, ut si quis est qui me acuset ut advocatur, sin minus M-a s-a (uti vere principem et nobilem decet) omnibus Scotis et aulicis innocentiam meam narret et quam sinistre et temerarie de me iudicarunt.

F. 127 v hoc licet habuero parva est pro tali damno satisfactio, sed preterea c) petere non possum. Saltem in me restat infortunium meum dolere qui inter tot constantes pro tali facinore denoter. responsum M-ae S-ae humiliter exopto, et leve hoc M-a S-a non putet cum agitur de fama. bene valeat et longo cum honore fruatur evo.

addictissimus M-ae S-ae

F. Douglasius.

In dorso: Jan. 15. 1603/4. *Sigillum arreptum.*

a), b), c) sic in Ms.

N. 5

Londini, 16 Februarii 1603
(st. vet.)

Stanislaus Cikowski legatus Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut Ioannes Morris a poena liberetur

F. 128 r Serenissime ac Potentissime Rex ac D-ne D-ne clementissime.
Legati regum qui sunt multorum expositi oculis ab intercessionibus

etiam faciendis immunes esse aliquando nequeunt, in quorum numero cum et ego nunc sim, qui gratia et favore M-tis V-rae Regiae ultra meritum fateor meum condecoratus opinioni hominum, de M-tis V-rae Regiae erga me gratia et clementia conceptae, et presenti munere meo deesse vix possum: quin et in presenti commiseratione dignissimo casu, nobilis cuiusdam infortunati iuvenis Angli subditi M.V.R. humillimi Joannis Morris, ^{a)} vitae periculo cras subiciendi, ni innata benignitas et clementia ac consueta misericordia M-tis V-rae in (errore quodam iuvenili magis quam malitia lapsos) subditos suos, ipsum sublevet et liberet, intercessione mea quam diligentissima, ac demissa mediante, quam sibi profuturam omnino miser, cum numero non mediocri consanguineorum suorum, a. me eandem obnixe expetentium, persuasit. Incusatum hunc iuvenem esse de adempta quadam maledicta pecunio-lae summa. Iamque cum foenore etiam accusanti restituta, aliosque sex eiusdem criminis reos liberatos intelligo, et hic septimus instigatore (si liceret) cariturus videtur. In misericordia sola Regia qua Reges Patri coelesti qui et ipse misericors est adsimilantur, vita ipsius et familiae suae honor positus est. Qui superstes vitae suae reliquum honestis decorare actibus promittit. Quantum itaque in me est diligentissimam pro eo ad M-tem V-ram Regiam intercessionem interpono, ac demisse rogo Deumque Opt. Max. qui Regum corda pro sua voluntate disponit, nec in morte delectatur peccatoris, sed magis in conversione eius et vita; humillime exoro, ut etiam cor Regium M-tis V-rae misericordiam potius erga infortunatum hunc iuvenem inclinet. Meaque interim studia et officia in gratiam M-tis V-rae Regiae quam diligentissime commendo. Datum Londini die 16 Mensis Februarii ANNO DOMINI 1603 stylo Anglico

Ser-mae M-tis V-rae Regiae
officiis suis regalibus addictissimus,

Stanislaus Czikowski, liber barro in Bren et Krzelow,
Supremus terrae Cracovien, Camerarius Portuumque Regni
Poloniae generalis Administrator ac Ser-mi Regis Poloniae
Legatus, manu propria.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Angliae, Scotiae, Franciae,
Hyberniaeque Regi ac defensori fidei etc. D-no D-no Clementissimo.
Sigillum arreptum.

a) Joannis Morris *add. in margine.*

N. 6

Londini, Februario 1604

[Robertus Cecil]
ad Stanislaum Czikowski
de gratia regia [Ioanni Morris] negata

F. 130 r Monsieur, Le Roy ayant receu vostre lettre me commanda retourner pour response que volontiers il vous feroit toutes les faveurs et humanites que les Roys de ce Royaume se sont accoustumez impartir

a ceulx de vostre qualite mais que quant ^{a)} au subiect que ^{b)} estant laffaire de pure ^{c)} iustice ^{d)} sa Ma-tie sest apprise que les Roys ses devanciers ^{e)} en ce Royaulme ne se sont usez dentremesler es affaires de telle sorte ^{f)} mais de les laisser entierement a la disposition des lois. Pourquoy elle vous prie de lexcuser si en ceste carte ^{g)} il ne sentrement, non seulement pour ce qu'il veult observer les façons accoustumez des Roys ses Ancestres ^{h)} Mais pour ce qu'il a ouy quelque ⁱ⁾ bruit que le fait dont cestuy que vous nommez est responsable a este fort enorme et fortalitia in confinibus, undique ejectis et deturbatis nostrae gentis cements de son regne donner occasion a ses subiects de prendre opinion ^{k)} qu'il ne veuille maintenir la syncerite et vigeur de leur loys. En autre chose qui n'appartiendra que seulment a sa grace S.M. ^{l)} vous fera cognoistre le respect qu'elle porte a votre recommandation; et le desir que hay de vous faire service, ^{m)} qui

demeuray

tres affectione serviteur.

In dorso: Feb. 1604.

a) pour *expunct.*

b) *textus hic laceratur.*

c) *verbum aliquod erasum.*

d) et le crime fameu *expunct.*

e) non *expunct.*

f) ceste qualite *expunct.*

g) que luy recommendez *expunct.*

h) *expunct et iterum scriptum.*

i) *verbum aliquod expunct.*

k) de prendre opinion *add. supra lin.*

l) il *expunct.*

m) qui vay baiser les mains *expunct.*

N. 7

s.l. 30 Maii 1605

Ordines Transilvaniae

ad legationem regis Poloniae [Sigismundi III]

de statu Transilvaniae responsum

(exemplar)

Responsum ab Ordinibus Transilvaniae ad Legationem Regis Poloniae,
datum mense Mayo 30, 1605.

F. 131 r Ex peroratione Legati Sacrae Regiae Ma-tis Poloniae et Sueciae collegimus, non intellexisse suam Serenitatem veram et iustam huius nostrae a Caesarea Ma-te decessionis originem et causam. Itaque quo luculentius eam praedicto suae serenitatis Legato insinuaremus, placuit ex ordine, uti rei requirit veritas, illam repetere. Ex quo igitur sacratissima Caesarea Ma-tas absolutum Regni Hungariae Regimen apprehendit, statim jura libertatesque Hungariae labefactari coeperunt, ita ut clarissimum apud omnes fiat (ne hic majora recenseamus:) Borones ac Dominos quosque nobiles, alios tortuosis et spinosis litibus, alios vero praeter cursum Juris et aequitatem, absoluta dumtaxat potentia, indesinenter vexasse, multos claros bonis et vita spoliasse, nonnullos exilio mulctasse, atque ita nec pacis nec belli tempore intermisisse Rempublicam Hungariae contra juramentum tempore Coronationis

depositum, per exteros et alienae gentis homines administrasse, qui legum et consuetudinum nostrarum obliti, adeo duros et crudeles se praebuere et gessere, ut quavis Tyrannide gravius jugum cervicibus nostris iacuisse apparuerit; Innocentes pro condemnatis, et supplices pro rebellibus habiti, bonis miserae Nobilitatis expilatis, proprioque omnia commodo metiti, alter post alterum pauper, et famelicus admissus, satur et locuple-

F. 131v tissimo discedebat. Et haec omnia, vel ob imminens Turcarum vicinitatem, quae tunc hostilis erat, cum suspiriis et gemitibus perferri et pati cogebamur; Sed etsi haec antiquiora, post captum nihilominus Turcicum bellum, contra praedictum suae Matris juramentum, arces et fortalitia in confinibus, undique ejectis et deturbatis nostrae gentis capitaneis, sub ernesto praesidii praetextu manibus nostris extorta et occupata fuerunt. Vnde furore militum suae Matris non aliter praemebamur ut servi, et ipsis ignobilibus viliores habiti, perpetuae servitutis ignominia haud obscure notabamur. Laesis et afflictis nulla administrata iustitia: Sanguis interfectorum nusquam unquam vindicatus: Pupillis, orphanis, viduis, nulla facta commiseratio. Transylvaniam deletam prorsus, et omni nobilitate exhaustam, non est quod in memoriam revocemus. Dubium non est utrum deflenda potius, vel pro illa divina commiseratio oranda. Quanta crudelitas, quam generosorum et maximi nominis hominum clamat palam laniana, stupra virginum, rapinae bonorum, De quibus tamen melius esse duximus non loqui quam pauca dixisse. Dies et annus ea recensere deficeret. Ac de tantorum caede, ne unicum quidem nominare posset Basta quem juris ordine juxta suum Demetrium multasset: pro lege carnifex; pro Advocato et iudicibus testes fuerunt

F. 132 r adducti, pati praeparati, quorum non commiserari, Leoninae esset ferociae et diabolicae tyrannidis. Ea tamen ipse omnia per plenipotenciales litteras uti asserebat egit, et licet saepius multa bona fide observanda promittebat, plures tamen fide et juramento deceptos, quam alio aliquo modo, neci tradidit. In externis et secularibus ista, sed etiam ei potestatem super spiritus et conscientias tradere volebat. Pastores ecclesiarum interfecti, templa multis in locis adempta, cultusque religionis vetitus, (cum tamen tempore suscepti regiminis solemne juramentum de non violandis Religionibus publice deposuerat:) atque ignota persecutio haud obscure minata, ita ut si adminiculo militum nostrorum uti potuisset, extremum universae gentis excidium super puberem aetatem Joanni Jacobi Barbiano severe sub amissione officii, a sua Ma-te fuit commissum. Cui nisi divina succurisset misericordia, de nobis, patria et gente nostra, actum erat.

Ne autem isthaec sua Matris praeter ipsius commissionem et voluntatem facta fuisse insimulet, multae singulis annis, tam privatis quam publicis in negotiis supplicationes pro istis factae sunt, sed vel non admissae, vel maxima cum injuria supplicationes istae rejectae sunt, et sua Matris a latere res Hungaricas, in manibus Germanorum, quos

F. 132v Hungaricos Consiliarios vocabat, gubernandas contra suum jusjurandum tradiderat personamque sui ipsius, vel a primoribus Regni magnatibus, raro aut nunquam accedere et videre concedebatur, non obscure demonstrans, ex innato quasi odio, praeter boni pastoris Regis-

que officium, suorum nos libidini, deceptioni et lanianae exposuisse. Vnde superiori anno e comitiis Generalibus universa nobilitas, publica cum protestatione discedere coacta est, sese paratam esse, contra injurias Suae Ma-tis praesertim in libertate religionis et patriae, armis se defendere.

Quantum vero ad personam moderni Serenissimi Principis Stephani Botschkaii, domini nostri clementissimi attinet, persuasissimum omnibus sit, nequaquam eum arma regnandi libidine contra suam Ma-tem suscepisse, cum nihil minus quam Regnum unquam cogitaverit, Sed cum universale gentis excidium dictus Barbianus moliri in animo haberet, et quo tutiore via id perficeret, ab ipsa re initium capere aggressus, primum nihil tale veritus, arcem Zentlob per proditionem, et praeter viam juris, occupavit, Kerelcianum obsidione cinxit castraque eo loco posuit, et in arce Solemszio ipsemet versus Transylvaniam se clauderet. Ita vel ipsi hosti in confessionem, suam serenitatem non aliter nisi vi et armis suae Ma-tis a fidelitate ejusdem discedere coactam, atque pro tutanda vita (siquidem

F. 133 r de jure gentium vim vi repellere licet:) isthaec molitam fuisse: motus etiam interea et impulsus precibus Hungariorum, qui caedi et lanianae sese destinatos ibidem olfecerant. Quin quod majus est, ne hoc quidem ante testatam proelio fortunam, a Generali impetrare potuisset, ut de excusatione sui (si alicujus criminis insimularetur:) suam Ma-tem appellare liceret, causae a aequiori, quomodo Deus adfuerit, non opus est referre. Accessit etiam huic progressui spontaneus voluntatis consensus, non ex rapinae libidine, sed pro vindicandis restaurandisque amissis legum, conscientiaeque libertatis praerogativis, pro excutiendo tam diro duroque diuturnae tyrannidis iugo, et pro renovanda libertate electionis, ubi tandem partim ex causa decessionis tam manifesto justae (quod Barbianus ultimum genti excidium aperte minaretur:) partim metu per serenissimum principem partu fuit victoria, quam Dei beneficio contra hostes publicos, tam feliciter egerat. Porro ad ea quae Barbianus intermiserat, rursum exequenda a sua Ma-te, Basta eo cum exercitu, quem contra invictissimas potentissimi Imperatoris Turcarum vires coegerat, contra nos missus est, quo cum quibus modis ac quam varia fortuna usum sit hactenus clarius est quam ut hic narretur.

F. 133 v Verum enim vero quo res ista statusque afflictae Reipublicae meliore certioreque moderamine gubernaretur, ceptumque prae aris et focus bellum, foelicior modo continuaretur, placuit communitati dominorum Baronum, procerum, Magnatum et Nobilium, ut certus aliquis Princeps et dominus noster clementissimus eligeretur, ad cujus electionem duae potissimum causae movere, una gratitudo dignum existimantes, quod qui primus, non tam pro sua ipsius quam totius gentis vita, tam foeliciter et fortiter dimicasset, primamque glaciem fregisset, ipsius honore et gradu in sua Republica frueretur. Altera quod ex eo tempore quo belli exercitusque habenas apprehendit, et morum gravitate, aequitate, prudentia juxta (quantum quidem in tam tumultuario bello licuit:) mitissima adloquiorum temperantia, juxta etiam aliquando (prout res postulaverit:) iustissima severitate, erga omnes se gessit, ut nihil in illo non magno Principe dignum, summa cum omnium admiratione et gaudio reperiremus. Ideo in generalibus Comitibus in Arce Zerent celebratis, communibus et liberis suffragiis summo cum omnium

ordinum et statuum applausu et consensu, ex spontanea et a majoribus accepta libera electione, anno praesenti die 20 Aprilis in Principem est creatus et constitutus, parati in posterum sub auspiciis Dei suaeque serenitatis contra communis gentis et patriae nostrae hostes pro vindicanda libertate, proque aris et focus, extrema quoque tentare.

F. 134 r Pro suae Serenitatis Regiae paterna admonitione, benigneque erga gentem nostram affectu, perpetuis gratitudinis obsequiis recompensare sumus promptissimi, quod se benevole offerre videtur ad sociandum, et optata pace determinandum furentem ferventemque bellorum istorum ignem et tumultum, benigneque interponere minime gravatur, quod eo gratius, quo pace nihil charius nil optatius, quin isthaec omnia pro ipsa pace suscepta esse, jam clare testati sumus, saltem sua serenitas ex innata singulari prudentia, modum et viam inveniatur. Interim jus amicitiae vicinitatis et mutuorum meritorum officia, tam erga regiam Matrem et florentissimam Rempublicam Poloniam, ea prosperitate observari, ut tam antiqua foedera, quam jus vicinitatis, quod ex tam longaevi temporibus inviolabiliter observatum, simul etiam quod necessitudo, cultaque reverenter amicitia requirit, nihil ex his partibus desiderari et pessum iri, sed potius omni studio daturi operam, ut eam melius renovandi magis magisque confirmandi et promovendi nulla occasio praetereat

N. 8

Moscoviae, 23 Novembris 1605

*Demetrius
ad Sigismundum III regem Poloniae
de foedere contra Turcas cum Georgio «rege Cartholiae»
(exemplar)*

F. 135 r Nos Serenissimus et Invictissimus Monarcha Demetrius Joannovicz Dei Gratia Imperator et Magnus Dux totius Russiae atque universorum Tartariae Regnorum aliorumque plurimorum dominiorum Monarchae moscoviticae subiectorum Dominus, et Rex.

Serenissimo principi Domino Sigismundo III Regi Poloniae et salutem et fraternum amorem. Tantus est noster erga Ser-tam tuam amor ut nihil tam magnum et salutare nobis imperioque nostro accidere possit quod non protinus Ser-ti tuae significare velimus, confidentes Ser-tem vestram proin nuper quae foelici nostrorum Regnorum recuperatione per suum ad nos nuntium amice gratulata est eodem animo quamvis nominis et Imperii nostri accressionem accepturam esse. Significamus Ser-ti vestrae Deum opt. max. qui mirabili providentia sua nos in solio maiorum nostrorum divae memoriae collocavit non minori sua providentia nos et Imperium nostrum conservare. Nam ut alia divinae benedictionis testimonia omittamus, non minimum est quod in ipso fere ingressu Imperii nostri Georgius Rex Cartholiae in Asia Babilone octo dierum itinere Isque Christianus se et Regnum suum nobis ultro dedit ut tanto foelicus Turcarum potentiae cum quibus continue

magna sua laude, Eorum autem iactura hactenus bella gessit resistere possit. Quod quia eum totius Christianitatis commodo coniunctum esse videtur tanto gratius Ser-ti vestrae futurum speramus quamdiu ac foeliciter vivere ac Regnare cupimus. Datae Moscoviae in solio Imperii nostri die 23 Novembris Anno 1605.

Demetrius Ser-ti vestrae amicus et frater.

In dorso: Copie of the Emperor of Muscovy's lettre to the King of Poland.

N. 9

[*Moscoviae, s.d.*]

Demetrius

ad Carolum Sudermanniae ducem

eum bello comminatur, nisi

[*Sigismundo*] *Poloniae et Sueciae regi fidelitatem servet*
(*exemplar*)

F. 135 v Literae ad Carolum Sudermaniae Ducem.

Nos Invictissimus et Serenissimus Monarcha Demetrius significamus de more veteri fere omnibus vicinis regibus de foelici nostra coronatione et summa Dei Omnipotentis cum erga nos clementia tum contra hostem severitate. Sciebamus enim veris principibus talia Dei iudicia magnam fuisse allaturam voluptatem, Tibi vero qui te hostem esse Matris principum iampridem ostendisti hoc potius significandum duximus. Cum Ser-o Poloniae et Sueciae Rege fratre nostro Domino autem tuo cum ob eam necessitudinem quae omnibus Regibus legitimis inter ipsos et tum ob fraternum serenitatis suae erga nos amorem quem in caussa nostra sumus experti intimam nobis coniunctionem et amicitiam intercedere quam quia tu violasti contra omnium gentium et dominorum legem contra fidem et iusiurandum quo te Serenitati eius obligaveras quam non modo Regni haereditario nefarie exuisti verum et impia arma contra Serenitatem eius sumpsisti atque in hac rebellione permanes nullo iure Sueciae Regnum retines et tibi usurpas, monemus te iure societatis nostrae ut ad officium et sanitatem redeas veniam a Serenissimo Rege et Domino tuo supplex petas Atque avitum Regnum ipsius Seren-ti quod omnia iam divina et humana exigunt restituas. Quod nisi feceris nos tam infamem iniuriam fratri, amico et vicino Principi a te illatam diutius ferre non poterimus, sed cunctis viribus nostris ad repetendum et recuperandum Suetiae Regnum Serenitatem ipsius iuvare decrevimus. Neque dubitamus Deum ipsum conatibus nostris adfuturum. Et in tam iusta caussa pugnaturum. Haec igitur si quid est in te pietatis et religionis diligenter considera et recenti atque mirabili perduellis nostris excidio disce Deum pro Regibus suis et

F. 136 r Principibus assidue vigilare, et in eorum hostes ac parricidas tam severe animadvertere ut nullam cuiusque contra eos perfidiam inultam esse.

*Cancellarius Poloniae [Ioannes Zamoycki]
ad Sigismundum III regem Poloniae
de pace cum principibus Germaniae servanda
(exemplar)*

Magnus Regni Poloniae Cancellarius

F. 137 r Profecto iam existimaram S.R.M. V-ram me oblivioni tradidisse cum iam a multo temporis spatio, nec ad Consilia nec ad Munera aliqua obeunda opera mea utebatur. Nunc quasi me videtur S.R.M. V-a intueri ex literis suis, a me votum super legationem Serenissimi Electoris efflagitare et gaudeo et doleo. Gaudeo quod hereo memorie S.R.M. V-ae (utinam sic sit). Doleo quia in hoc negotio sententiam a me exquirat in quo parum salutis reperio: reperirem autem multum, si S.R.M. V-ra tempestive, id est primae Legationi illorum obsisteret. Nunc et tarde et imperite frustra repugnamus, ego ut semper veritatis amator fui, ita et nunc eadem delector: ob quam fortassis odium mihi apud S.R.M. V-ram. Malevoli homines sentiant, loquantur quomocunque velint S.R.M. V-rae de me, parvi obtrectatorum vires pendo. Conscia mens recti fame mendacia ridet. Sed haec omittamus et ad presentiam, si voluerit Deus, revertemur.

Indies Ser-me Rex nova ad me ex Livonia perferuntur, indies milites eunt et redeunt, flent et lachrimantur, stipendia detenta cupiunt, bona amissa petunt, membra corporis sui in hoc bello aut amissa, aut deturbata aliquo modo mercede aliqua leniri rogant. Haec cum audio multum doloris haurio ex eo magis cum video nec dum hanc belli saevitiam finiri. Scriberem et rogarem pro illis S.R.M. V-ram. Verum cum adverto S.R.M. V-ram non posse omnibus satisfacere, et debita persolvere, una cum illis fleo et lachrimor, in his angustiis positi et locati. Advertat S.R.M. V-ra ipsa: quomodo novum bellum instituemus? quomodo adversus Germaniae Principes progrediemur, ubi sumptus? ubi nervus belli? ubi tormenta? ubi pulveres, globi? ubi exercitati milites? Profecto pauci sunt. Et qui sunt, nequaquam illos ituros existimo, ob detenta stipendia bellorum preteritorum. Non est, hoc ut fortassis videtur bellum Moldavicum: quod uno aut dimidio anno sopitum est. Aliud istud subolet. Venit non ita pridem illinc doctus homo et prudens noster tamen qui mihi inaudita, de quibus nec mihi nec illi constabat, nostrorum retulit. Verum non idcirco haec dico ut S.R.M. V-ra existimat me ipsum abiectum animum ad id habere aut pertimescere aliquid. Non sic. Ibo ipse, non horrebo quicquam. Verum enimvero quia semper recte patriae consuevi consulere, et nunc in decrepita aetate mea non decet nisi optime eidem providere. Certo certius ex hoc advena meo Catholico bono et nobili, cui credendum est, habeo Dominos Brandenburgenses nisi cum illis recte convenire resolverimus, infra breve tempus nobis bellum illaturos, et bellum quidem non simplex, non breve, sed arduum et difficile. Abundare dicuntur divitiis incredibilibus quibus nos egemus. Familia eorum eo dilatata est ut non modo

F. 137 v Germaniae universae, verum etiam Daniae et Scotiae fines attigerit. Nos caremus adiutorio omni, nisi Dei. Meminit fortassis S.R.M.V. legationis preteritae a Rege Daniae habitae, an non ille tempe-

stive nimis nos imperavit, ut postulata eorum faceremus. Omnes procul dubio quicunque prae illis intercesserant nobis adversos et molestos fore nemo dubitat. Coniuncta itaque intercessorum potentia cum ipsorum Brandenburgen[sium] potentia certe summa erit. Et si Livonicum bellum multum detrimenti Reipublicae nostrae attulit, millies plura detrimenta ab illis habebimus. Nam externos et procul remotos indigenos miseria belli Livonici consumpsit. Verum Dominorum Brandenburgensium bellum nos ipsos nostraque omnia in periculum vocabit. Quam procul Varhonia ^{a)} a Prussia omnibus notum est. Quam procul Posnania a Pomerania etiam videmus, Cracovia a Silesia itidem non ignoramus. Locus securus S.R.M.V-rae vix est. Verum Deus hoc avertet a vobis et a S.R.M.V. cuius tutela nos nostraque omnia committimus. Interim tamen S.R.M.V-ra animos Illustrissimorum Brandeburgensium per hanc presentem legationem leniat, spem bonam polliceatur. Operam suam non deneget, et petat ne vitio Illustrissimi vertant quod nunc nil certi in petitione Illustrissimorum conclusum sit. Ad regni ordines hoc negotium prius devenire debet, sine quibus tam S.R.M.V-ra quam etiam domini senatores nihil possunt. Sin a[utem] omnino sine certo responso abire noluerit Curatoriam illis super ducatum Prussiae S.R.M.V-ra det et concedat. Et hac benevolentia sua fortassis animos suos contentabunt. Post mortem autem presentis heredis deliri, qui non annos Nestoreos superabit res nostrae et illorum fortassis in alio statu esse poterunt, quo pacto via facillior ad Ducatum Prussiae acquirendum invenietur.

In dorso: Epistola Cancellarii Poloniae ad suum Regem.

a) Varhonia sic Ms.

N. 11

Varsaviae, 23 Maii 1606

Sigismundus III rex Poloniae

ad Iacobum I regem Angliae

de Stephano qui Bogdani Palatini Moldaviae filius dicitur

F. 139 r Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi etc, fidei defensori, Sigismundus III eadem gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, consanguineo affini et fratri nostro char-mo, salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps consanguineae affinis et frater noster char-me. Allatum est ad nos Constantinopoli, Ser-tem V-ram ad Ser-mum Sultan Achmet Turcarum Imperatorem scripsisse literas, ut Stephanus quidem Bogdani, prout ille jactitat, Moldaviae Palatini seu Principis filius e carcere Constantinopoli dimitteretur, ac in illius provinciae veluti haereditario principatu collocaretur, idque Internuncium Ser-tis V-rae apud Eundem Sultanum, eiusque ministros magna cura, studioque contendere. Minime id quidem nobis mirum est, Ser-tem V-ram, prout edocta sit, Stephani istius fortunae misertam, ac institutum Ser-mae olim praedecessoris suae secutam, eas suscipere partes, cum Principum vivorum calamitas misericordiam sibi apud magnos Reges communis sortis cogitatione conciliet. Verum nos quoque perspectum esse cupimus Ser-ti V-rae; inprimis Moldaviam seu citeriorem Vala-

chiam in clientela Ser-morum Regum Poloniae, praedecessorum nostrorum antiquitus fuisse, et nunc quantumvis imperio Ottomanico subacta sit, nostrum tamen patrocinium agnoscere, nostroque favore et opibus modernum Principem Hieremiam, virum apud eam gentem ex vetusta Palatinorum stirpe ducentem genus, ac in conservanda cum Ottomanis Principibus pacata vicinitate, amicitiaeque nostra fidum utrinque ac diligentem Christianisque rebus apprime addictum, illi provinciae compluribus annis impositum esse, idque beneficium non magis Ottomanico nomini, quam nobis

F. 139 v et Regno huic acceptum ferre. Deinde vero assertum Stephanum non Boydano, sed Iancola quodam e Saxonibus Transilvanicis humili et obscuro loco oriundo, homine audaci et facinoroso, qui et ipse, cum non modo Moldavicam nationem, sed Principum etiam gentis eiusdem genus mentiretur, Principatum illum tenuerat, natum esse, Christoque eiurato, Mahometanam religionem suscepisse, non dubiis authoribus accepimus. Porro Iancola cum in principatu illo praeter antecessorum suorum morem insolentia erga Ser-mum fel. mem. Stephanum Regem decessorem nostrum crudelius in Moldavos gessisset, ac metu poenarum, ad quas in Aulam Turcicam, submisso iam ei successore, evocabatur in Hungariam Caesareae ditionis, per fines Regni nostri penetrare contenderet, iussu memorati Stephani captus, capitalique supplicio affectus fuit. Vnde facile Ser-tas V-ra statuere potest, an homo vilis, tali patre genitus, tantum Ser-tis V-rae favorem mereatur. Sed quisquis tandem ille fuerit, cum videat Ser-tas V-ra non modo nostra et Regni huius, sed etiam universae Christianitatis plurimum interesse, ut Hieremias, qui nunc rerum illic potitur, quique nostro favore in principatu illo constitutus, male nunquam de Imperio Turcico meritus fuit, in eodem permaneret, omnino persuasum habemus Ser-tem V-ram palam ostensuram, multo pluris se mutuam nostram amicitiam, eximiis quibusque fraterni amoris argumentis magis in dies contestandam, aestimare, plussque adeo Regni huius nostri et universae Reipublicae Christianae rationes, quam hominis mox ab ipsis Turcis, cum primum se dederit occasio, repudiandi, et extremo supplicio afficiendi fortunam. Quo etiam confidentius a Ser-te V-ra per eandem amicitiam, ac mutuas inter nos necessitudines,

F. 140 r mutuaeque Regnorum nostrorum pacta postulamus et petimus, ut et ipsa promotionem nobis istam, et a Regno Christiano damnosam deserat, et praedicto Internuncio ab eadem cessare iubeat. Augebit hoc nomine Ser-tas V-ra suae in Regnum hoc propensionis existimationem praeclareque de Christiana Republica merebitur, nosque ipso gratos oblata occasione experietur. De caetero Ser-ti V-rae felicem ac diuturnam incolumitatem exoptamus. Datum Varsaviae die xxiii Mensis Maii Anno Domini M. DC. VI^o. Regnorum nostrorum Poloniae XIX Sueciae vero anno XIII.

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae, et Hiberniae Regi, fidei defensori consanguineo, affini, et fratri nostro charissimo. *Sigillum arreptum.*

s.l., s.d. (post XI. 1605)

[Guilelmus Bruce]

[ad Robertum Cecil]

de seditione Nicolai Zebrzydowski, aliisque negotiis

F. 141 r A Relation of the present estate of Poland, Hungary, Moscovia and Duchlaund as followeth.

De rebus quae his in locis gerantur, proculdubio iam illustri Dominationi vestrae innotuit hostem Regis Poloniae, Domini mei, clementissimi, maiore classe quam unquam antehac portum Rigensem invasisse. Is propugnaculo quod in Ostio huius maris est Dunaemundae protinus, sed haud diu obsesso deditione praesidiariorum Lithuanorum in potestatem suam redacto, ad obsidendam Rigam accessit. Cum Regius campiductor cum exercitu nondum adsit, res non in parvo versatur discrimine. Nos ad propulsandam a littore nostro impressionem vere in arenam descendimus. Eventus omnis est in manu Omnipotentis, cui nos nostraque omnia subiecta, curae fore speramus. Vt Illustr. Dominatione vestra pro suo in nos animo, de cuius constantia plane certi sumus, nos suis literis responsariis dignetur, simulque a S.R. M-te aliquod prioris clementiae

F. 181 v indicium nobis conciliet, quantum utrumque nobis gratissimum fuerit tantopere diligentissimis praecibus ab illustri Dominatione vestra contendimus, quam in omni prosperrimo statu diutissime conservari exoptamus. Datae e Castris nostris Littoralibus 5. Augusti, stylo veteri, Anno 1608.

Illustreis Dominationis Vestrae

ad mutuae benevolentiae officia semper,
studioseque propensus, amicus et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia, Curlandiae
et Semigalliae Dux.

In dorso: Illustri et Generosissime Domino Roberto Cecyl, Comiti Salisburiensi Regiae Majestatis Britanniae Primario Secretario et privati eiusdem Majestatis consilii Consiliario, nec non praenobilis ordinis Garterii militi, amico nostro singulariter dilecto et honorando. *Alia manu:* 5 August 1608. Duke of Curland to my Lord.

N. 37

Gedani, 5 Septembris 1608

Guilelmus Bruce

ad Robertum Cecil

Thomam Lardinge praesentat; nuntiat de libello

[antitrinitaristico] Ostrorogi, regi Angliae dicato

F. 183 My Lord, my dewe humble service beinge recommended, haiwing the occasioun of this present Mr. Thomas Lardinge Secretarie to this companie of Eastland merchantes et Elbinge, I thoughte goode to direct him to your honour, that as your honour sall please, your honour maie be informed be him of the present estate of this countreye, whaire he hes served this companie this 26 yeares without anie reprehensioun, but nowe cumminge hame for the companies and his awine adoes, he is effeired to be trubled be lawe for aulde accomptes, and therfore prayethe your honour to grante him ane lettre of protectione for sume monethes whille he haiwe dispeched his adoes, as your honour

did the leste tyme he was in England in the lette Queines Ma-ties hir dayes in whiche I hape your honour will finde him worthie to be favoured: he can telle your honour of this Polische Ambassadeur cumminge to his Majestie and sall wrytte particularlie fromme ther courte. Heir nowe I am bissie in recharchinge a booke prented and dedicated to our kinge his Majestie, much, as I thinke, against his Majesties reputatioun, and contraire to al religioun, in it is contened our Sawieur Jesus Christ not to haiwe beine the sonne of God, but suche a god as the praphettes and Apostles ar called in the Scripture, no holie dayes nather Saboath nor dominicalle to be keiped, God not to be Almightye or infinite. I am minded to arrest it by the prentre whille his Majestie be adwertised and whille I onderstande his Majesties will tuichinge it, iffe it be published in his Majesties name it will be thoughte here to fawere and protecte suche profane men, the author of it is ane damo-setava preacher called Ostrorogus who preachethe this opinioun within ane myle to this towne, wyth 2 or 3 hundrethe audience, he was firste in Poleland a Calvinist preacher, next ane Arriane, and nowe this he professethe he allegged he hathe favouers in Ingland who exhortethe him to dedicate his booke to his Majestie.

F. 183 v Ife it cume to his Majesties handes, it walde be generallie weille thoughte of, iffe his Majestie sent it backe to this kinge, exhortinge him to take ordre that suche profane teachinge be not spreadde in his countreye to the scandale of the hole Christianitie, whiche remittinge to your honor his wysdome I pray God to prospere your honor wyth al contentement. Dansken this 5 of September 1608.

Your honors at commande,

William Bruce.

This lettre beinge ended, intelligence is broughte me that the forsaide booke is not prented in this towne, but in ane place in Poleland called Dachawe. I am passinge the morrowe hether, for the companies adoes. Iffe it be not published, I weil do I can to arreste it whille your honor adwertise me what is to be doune. iffe it be sent alreaddie to his Majestie, I doubte not but be your honor his wyse consell such ordre will be taken that his Majestie will appere nowayes interested.

In dorso: To the Right honorable and my weraye gratieuse Lord Robert Lord Cecile Earle of Salisburie Hyghe Thresorer of Ingland, Knichte of the most noble ordre of the Garter and ane of his Majesties most honorable priwie Consell etc etc.

N. 38

Goldingae, 5 Novembris 1608

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
eum ad nuptias cum [Sophia], filia Alberti Friderici marchionis
Brandenburgiae et ducis Prussiae, invitatur*

F. 185 Serenissime Potentissime Rex Domine et affinis Clementissime Sacrae Regiae Majestatis vestrae cum perpetuae salutis compre-

catione addictissimam officiorum meorum promptitudinem defero. Cum nec deceat nec possim eius gratiae quam S.R. M-tas vestra mihi apud se presenti adeo prolixè et munifice declaravit, ut perennem eius in animo meo memoriam fundatam vellet, ullo modo oblivisci, non potest eius recordatio fiducia expers esse. Quantum igitur demonstratae clementiae confido, tantopere omnem debitae venerationis cultum absens fieri potest iudiciis designare satago. Hinc factum est ut non ita pridem S.R.M. V-ram de statu harum terrarum certiore facere haud dubitarim: Nunc de meo proprio statu iam minus celare debeo, quod divina (ut credo) providentia animus et occasio iucundi matrimonii cum Filia Illustrissimi Principis D-ni Alberti Friderici Marchionis Brandeburgici, Ducis Prussiae, mihi accesserit. Eaque res divino beneficio felicem progressum sortita me voti compotem fecerit. Luctus autem ex obitu Ill-mae Principis Dominae Mariae Leonorae familiae Juliacensis Clevenensis et Bergensis, Ducissae Prussiae et Matris Sponsae meae, post etiam Ill-mi Electoris Brandenburgici, Domini Joachimi Friderici beatae memoriae interveniens, nuptiis non nihil morae intulit, quam tamen divina aspirante gratia non diuturniorem amplius futuram spero. Quin hoc fastum meum S.R. M-tas V-ra pro suo in me benignissimo animo mihi feliciter evenire cupiat, cum nihil dubitem, Venerationis meae esse puto de eo ad S.R.M-tem V-ram referre. Nihil vero exoptatius mihi esse potuisset quam S.R.M-tem V-ram ad nuptiarum mearum festivitatem invitasse, quod et mihi honori fuisset praecipuo, quia vere commemoratus Illustrissimae Domus Brandeburgicae geminus et recens

F. 185 v adhuc [luctus?] solemnitatem nuptiis meis concedit, ad vos lugubres rationes me accodem temporique cedam oportet. Votum vero et confisionem meam ut Clementissime in optimam partem accipiat suoque regio favore perpetuo me commendatum retineat omni quo possum addictissimi animi studio obnixè peto. S.R.M-tem V-ram in optimam valitudinis et faustissimo rerum omnium statu duitissime conservandam Deo protectori commendo.

Datum Goldingae 5 Novembris Anno 1608.

Sacrae Reg. M-tatis V-rae promptissimus Servitor,

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

F. 186 Post Scripta.

Affertur nunc e Polonia nuncium priorem vix sopitum in isto Regno tumultum contra Regem a Rockianis (ut vocitantur) majoribus factionibus reintegrari, adeo ut priora ad gravius dissidium atque discrimen inflam[m]ata putentur. Id quod pro praesenti Regni statu inter multa difficilima Regni negocia, plurimum incommoditatis allaturum esse facile existimari potest.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi Domino Jacobo Magnae Britanniae, Franciae, Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino consanguineo et affini Clementissimo.

Alia manu: 5 November 1608. Duke of Curland to his Matie. *Sigillum arreptum.*

Goldingae, 5 Novembris 1608

*Guillemus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil
de nuptiis suis supradictis*

F. 188 Illustris. et generosissime Comes Domine Amice singulariter dilecte et honorande commendato promptae voluntatis nostrae studio cunctorumque faustorum comprecatione praemissa.

Cum nihil dubitemus, quam literas nostras priores, quas duabus vicibus transmisimus, Illustri D-ni V-rae non ingratas fuisse, existimamus nos hoc institutum continuare debere. Licet enim ab Ill-stri D-oe V-ra ad priores nihil adhuc nobis est responsum; tamen id nulli alienae voluntati, sed occupationibus plurimis et gravissimis imputamus, de constanti vero Illustris D-nis V-rae in nos animo certi permanemus, non dubitantes quod eandem ipsa nos suis quoque literis, quas desideranter expectamus, mansura sit, eadem fiducia quoque a S.R.M-te Britanniae Domino nostro Clementissimo speramus, ipsam clementissimis suis literis nos dignaturam. Nunc ex concepta illa de S.R.M-tis erga nos gratiae persuasione, intermittere non potuimus quin de statu nostro ipsius M-ti significaremus, quod nimirum sic volente Deo matrimonii foedus cum Illustrissimi Principis Domini Alberti Frederici Marchionis Brandenburgensis Ducis Prussiae Filia nomine Sophia iniverimus. Quin fatum hoc ex divina clementia processerit, ut rebus nostris profuturum sit, ut nihil ambigimus sic Illustrem Dom. V-ram nobis eius prosperum successum et ad quaevis salutaria progressum pro suo in nos benevolo animo comprecaturam certi sumus, vicissim Ill-stri D-ni V-rae omnem faustum statum in bonae valitudinis et cunctarum fortunarum diuturna fruitione toto animo exoptamus. Vtque nos suae benevolentiae commendatos habeat peramanter rogamus. Datum Goldingae 5 Novembris Anno 1608.

Ill-is D-nis V-rae Ad mutuae benevolentiae officia semper studio-seque propensus amicus et servitor,

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux,

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustri et Generosissimo D-no Robert Cecyl Comiti Salis-buriensi Regiae M-tatis Britanniae Primario Secretario et privati eiusdem M-tis Consilii Consiliario, necnon praenobilis Ordinis Garterii militi amico nostro singulariter dilecto et honorando.

Goldingae, 26 Novembris 1608

*Guillemus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de progressu Polonorum in bello contra Sueciam
deque principis Poloniae Vladislai in monarcham Moscoviae electione*

F. 190 Serenissime Potentissimeque Rex Domine et Affinis clementissime. Sacrae Regiae M-tati V-rae cum perpetuae salutis comprecatione addictissimorum officiorum meorum promptitudinem defero.

Quamvis literarum ex hoc remotiore loco in Angliam transmissio non solum difficultatem quandam, sed etiam incertitudinem offerat, tamen me ideo ab instituto debitae observantiae, officiique studio minime desistere debere intelligo. Ad ea igitur quae superioribus literis de statu provinciae huius Livoniae ad S.R.M-tem V-ram perscripsi, quae deinceps usque huc subsecuta sunt etiam recensenda putavi.

Post adventum Regis Polonici Campiductoris in Provinciam multis quidem modis magnaue vigilantia provisum et attentatum, ut cum hoste confligeretur conferta acie, sed hostis sui copiam eatenus nostris facere renuit, interim tamen nonnullae velitales pugnae habitae nullaue occasio neglecta qua hostilis conatus retunderetur: tandem etiam Arx Kokenhausen ad Dunam hosti iterum erepta est: Arcem vero Dunamundam quam valde munierit adhuc tenet et praesidio instruxit. Polonicus Campiductor suos in hyberna disposuit. Ipse quoque adhuc in Provincia est. Comitia Regni Poloniae indicta sunt ad 15 Januarii styli novi: gravissimis negociis ista expletum iri ea ostendunt negocia, quae in hoc Regno quasi confluxu quodam coacervata exundant, ad quae et hoc accidit, quod cum duo isti in Moschovia Principes Antagonistae Suychstky et Demetrius viribus nunc propemodum pares, nondum tamen fortuna ad alterutram partem inclinante (nisique Suychstky cladem nonnullam ab altero passus, sed neutique debellatus) Legatum ad Regem Poloniae

F. 190 v miserint, postulatum Regis Filium ad Moschoviae Monarcham, cuius imperium uterque agnoscere, arma disponere, in concordiam redire, omniaque in pacatum tranquillumque statum restituere cupiant. Haec fere sunt quae hoc tempore hinc nunciari possunt: quod hac in re officium praestare sattago S.R.M-ti V-rae non ingratum fore confido. Etiam de superioribus proximis ad S.R.M-tem V-ram de meo privato statu datis litteris mihi hoc vel maxime polliceor eas S.R.M-ti V-rae non ingratas fuisse, S.R.M-tis V-rae Clementissimae propensione ac gratia me unice obnixaeque commendans, ipsamque diutissime in florentissimo regio statu salvam incolumem conservari ex omni animo opto Deumque precor. Datae Goldingae 26 Novembris Anno 1608

Sacrae Reg. Ma-tis V-rae promptissimus servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi Fidei defensori Domino Consanguineo et affini Clementissimo.

Alia manu: 20 November 1608. Duke of Curland to his Ma-tie.

N. 41

Cracoviae, 30 Novembris 1608

Gulielmus Bruce

ad Robertum Cecili

de quibusdam Hibernis e Roma in Hiberniam iter agentibus

F. 192 r My Lord, my dewe service beinge remembred, I wrytte this leste harweste to your honor of al thinges concerninge the estate of

this countreye, and twiching the Samostans thaire booke dedicated to our king his Majestie and the secrette interpryse against Charles in Sweden whiche hes beine prevented, nowe thaire is nothinge heire worthie to be imparted to your honor. by it I haiwe wryttine to his Majestie onelie thair is passed throughe this countreye sume Irische gentlemen cummine fromme Rome in Pelegrins apparell, who hathe remained wyth Tyron thaire, they be amiable intreattie hathe taulde me, that he hes sune entrepryse to exploicte in Irlande this next foreyere, and that he hath send a message into Irlande asseuringe his freindes that he sall be wyth them schortelie. I walde haiwe inquiryed farther at them, but they heiringe me to be his Majesties serwant they absented them selves suddanelie fromme this courte. Suppose I doubte not but be his Majesties wyse counsell al suche entrepryses will be prevented, and I can not sie howe Tyron can effectuate anie notable emotioun in Irland, yeite I thochte it my dewetie to advertise your honor as my fidelitie to his Majestie and to the estate requyrethe, because in materes concerninge the commonwelthe no Rumeures ar to be neglected, whiche al referringe to your honor his wysdome, I praye God to gewe your honor longe lyffe and goode healthe wyth al prosperitie and contentement, fromme this court at Craco this leste of November 1608.

Your honor his moste affectionate to do your honor service

Wilhame Bruse.

In dorso: To the Ryght honorable and my weraye goode Lord Robert Lord Cecile Earle of Salisberie Lord Highe Tresorer of England, one of his M-ties honorable priwie counsell and knyght of the most noble ordre of the garter etc. 2 *sigilla*.

N. 42

Varsaviae, Februario 1609

Ignotus

ad ignotum

de rebus in Comitibus statutis

F. 195 r Praecipua Capita eorum quae agitabantur in Comitibus generalibus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae. Varsaviae mense Februario Anno 1609.

Generalis Amnistia praeteritorum tam in Regno Poloniae quam in Magno Ducatu Lituaniae mota est.

Curatela Duci Brandenburgico in Prussiae Ducatu permissa. Reginae dotalitium in quibusdam Regni principiis assignatum. Ad bellum Moscoviticum ineundum, duplex contributio ex Nobilitatis parte concessa.

Jesuitae qui praeterito anno, durante Rokosch fuerant ex civitatibus Prussiae pulsus, iterum restituti.

Verum conclusiones super hisce articulis non absque strepitu et clamore quorundam ordinum facta sunt. Plerique enim Provinciarum legati diserte contra curatellam Brandenburgico Duci permissam, contra Reginae dotalitium et Jesuitarum restitutionem protestati sunt.

Regiomonti, 7 Martii 1609

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil*

*Thomam Bucke « ablegatum » praesentat, de
statu suarum provinciarum conqueritur*

F. 196 r Illustrissime et Generosissime Comes Domine amice singulariter dilecte et et honorande commendato promptae voluntatis meae studio cunctorumque faustorum comprecatione premissa.

Etsi mihi nunquam fuit dubium Illustrem Dom-em V-ram pro summis in Regnum Britanniae meritis et pro amplissimae familiae dignitate, nec non eximia, quam apud cunctos pollebat authoritate, nova et sublimiori honoris accessione brevi accumulatum adornatumque iri: tamen incredibili laetitia affectus sum cum id mihi nunciatum est, quod ut Deus Opt. Max. fortunare cunctaque bene ac feliciter evenire velit ad commune votum, quod dubio absque concordii omnium suffragio collatum est, meum cum singulari erga Ill-m Do-em V-ram affectu adfero eademque ego ipse ex animo exopto.

Et cum Ill-tris Dn-o V-ra coram summam benevolentiae et amoris significationem mihi dederit, non dubito imo confido hanc honoris amplificationem ad pristina illa studia maiorem cumulum allaturam eamque et salutis et dignitatis meae studiosissimam cupidissimamque futuram. De me omnino sibi persuadeat me Ill-ti Do-i V-rae addictissimum et amicissimum semper fuisse, et in reliquum tempus, quo pro summis in me meritis et beneficiis grati animi significatione id comprobem nihil pretermisurum. Quo in loco huius Provinciae res constitutae sint harum lator Dominus Thomas Bucke ab exercitus Regii praefecto hinc ablegatus huicque Reipublicae ob virtutem et rei militaris scientiam adprime gratus Ill-ti Do-i V-rae significare poterit; quem de misero harum Provinciarum statu quaedam proponentem ut benignissime audire, et pro summa humanitate et benevolentia, negotium a me illi commissum promovere velit amice maioremque in modum peto. De caetero

F. 196 v Ill-tri Dn-i V-rae a Numine divino Longissimum firmissima valetudine subnixae usum vitae perpetuumque secundissimarum rerum cursum comprecor omnibusque modis contendo, ut sibi me meaque negocia de meliori nota commendata habeat.

Datum Regiomonti die 7 Martii Anno 1609.

Ill-tris Do-is V-rae

Ad mutuae benevolentiae officia semper studioseque propensus
amicus et servitor,

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae
Dux.

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustri et Generosissimo D-no Alberto (*sic*) Cecyl, Comiti Salisburiensi, R-ae M-tis Britanniae primario Thesaurario et privati eiusdem M-tis consilii consiliario, nec non praenobilis ordinis Garterii militi, amico nostro singulariter dilecto et honorando.

Alia manu: 7 March 1609. Duke of Curland to my Lord.

Pragu, 21 Martii [1609]

*Ignotus**ad ignotum**de rebus religiosis Austriae et Hungariae*

F. 198 r Finalement L'accord des Protestants d'Autriche avec le Roy d'hongrie fut conclud le douziesme de ce mois. Le Baron de Zerotin y a la meilleure partie. L'on dict qu'on n'en fut jamais venu a bout sans luy. Je voy quelque qui ^{a)} iroit dire a Mr. de Liechstenstein qui y a aussi travaille, ne luy ferra pas plaisir. Nous attendons les vrayes articles et ce pendant les lettres de Vienne portent que les Protestans ont obtenu libre exercice de leur religion et dans toute la Province hors mis dans ladite ville de Vienne et dans celles de la basse Autriche immediatement suiettes audict Sr. Roy. Les habitants des quelles pourront neanmoins vivre chez eux comme les leur semblera et se transporter aux Presches qui ce seront aux lieux plus voisins. Le Cap[itai]ne de la Province sera change tous les ans alternativement Catholique et Protestant. Les autres offices seront conferes Indifferement a ceuz qui en seront capables sans avoir egard de quelle religion ils seront; on dit plus, qu'en l'un des Articles L'union des barons, Gentils hommes et villes de la Province et la confederation dicelle avec la Moravie et la Hongrie deviennent en leur entier. Incontinent apres la conclusion dudict traite l'archiduc Maximilian s'en alla a Bruch pour s'aboucher avec l'archiduc Ferdinand qui a belle peur que ceste concession ne cause de la rumeur en son pais, ou vous savez comme il a traite ses sujets. Ici sur la derniere replicque de ceux subutraque a l'empereur il leurs declara par un estoit fort bref Mercredi qu'il remet l'article de la religion a une autre diette et qu'il les prie ce pendant de proceder a la deliberation sur les autres contenus en la proposition. Nous verrons si la s'en contenteront ou si les nouvelles d'autriches leur donneront courage de persister en leurs pretentions. Ladislaus Poppel frere de feu landhoffemeister George Poppel est decede. Plusieurs tiennent la reconciliation de L'Empereur et du Roy de Hongrie pour faite disans que pour l'achever de tous points il se tiendra une assemblee des princes de la maison d'Autriche et de Baviere environ le mois de May. Lettres du 18 de Vienne disent que quand ce fut a signer les articles de ladicte reconciliation, le Roy en avoit faict difficulte sur une protestation de l'Archiduc Leopold, mais que les deputes de Moravie s'estants interposez l'affaire estoit lessez en bon estat.

a) quelque qui, *add. sup. lin.*

Cracoviae, 7 Martii 1609

*Ignotus**ad ignotum**de rebus Comitibus Varsaviae actis*

F. 198 r Nostre diette s'est passe a Warsovie fort paisiblement et conclut doucement au contentement du Roy et de tout le monde. Les

choses passees n'y ayant point este rememorees, et le Roy n'ayant este presse d'accomplir ce qu'il avoit promis a Viurlitz, l'on a accorde a la Reine cela mesmes qu'avoit la defunte sa seure pour l'asseurance de son douer, et deux contributions pour faire la guerre a Charles et pour defendre les frontieres contre les Tartares. L'on n'a voulu ouir parler

F. 198 v de la confederation des Religions. Les affaires de Brandenb[ourg] touchants la Duché de Prusse sont mal passez, ne voulans les estatiz consentir qu'ils [] a) l'Investiture de la Ourabele b) on la leur promis a certaines conditions et d'autant que la noblesse du pais se plainte fort de l'Electeur. L'on envoie Commissaires pour ouyr leurs plainctes et y pourvoir. Les Ambassadeurs du Roy de Danemarc, des Electeurs du Rhin, de Saxe et du Langrave de hessey venus en faveur de la maison de Brandembourg en sont partis tres mal contents. L'on n'a pas voulu mordre a l'entreprise de la guerre de Moscovie. Bien est il permis d'y aller a qui voudra a ses depens. La Palatin de Sendomir est venu a Warsovie par la fin de la diette, incite des soldats Poulonois qui sont avec demetrius pour persuader ladicte entreprise mais l'on voit qu'il est tout expres demeure si long temps a venir par ce que'il ayme mieux que son gendre le nouveau demetrius aye l'estact que nostre Roy ou la Republique. Lesdicts soldats ont envoye Ambassadeur particulier pour prier d'estre exents en leur biens des contributions ordinaires et de n'estre molestez de leurs crediturs, puis qu'ils employent leur vie et defendent leur bien a l'avancement de la nation. Polonoise. Le Roy sera ici Mardy prochain. Le Palatin de Cracovie vient avec luy, nous esperons jouir d'un bon repos.

a) verbum illegibile in margine

b) lectio incerta

N. 46

Goldingae, 24 Aprilis 1609

*Guilielmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de comitiis Varsaviae habitis; iterum rogat ut rex Angliae coram
rege Sueciae intercedat ne Curlandiam incurrat*

F. 200 r Serenissime, Potentissimeque Rex Domine et Affinis Clementissime.

Sacrae regiae Maiestati vestrae cum perpetuae salutis voto et comprecatione, addictissimorum officiorum meorum promptitudinem deferro.

Quin S.R.M.-tas V-ra suam erga me clementissimi animi propensionem benignissime immotam retineat, cum nihil dubitem, neque dubitandum mihi existimem, haud vereor crebrioribus literis ipsam invisere, idque potissimum ideo, ut perpetuum observantiae studium hoc qualicunque indicio ostendam, dum scilicet aliud nihil nunc sit, in quo promptissimi animi mei partes exequi possim. Vt vero S.R.M.-tas V-ra valetudinis incolumitate prosperrimis rerum cunctarum successibus coniuncta diutissime perfruatur, ea mente precor, quae erga S.R.M.-tem V-ram potest esse fidissima.

Novarum rerum quod certum et scriptu dignum sit nihil hic habetur. De Comitibus proxime in Regno Poloniae habitis non est quod tar-

dius aliquid referam. Sciet enim iam S.R.M-tas V-ra quod opinione omnium placidiorem exitum habuerint. Moschovitae adhuc intestino bello conflictantur, Polonos magnis copiis nuper Moschoviam ingressos, Plescoviam occupasse et diripuisse rumore quidem spargitur, quid autem veri hoc nuncium habeat, adhuc in dubio est.

Rex Sueciae nunc iterum, ut hactenus, suam in mari hostilitatem exercet, cum magno multorum innocentum dispendio. Littori quoque Curlandico non solum imminet, sed etiam in id excursiones facit. Quin S.R.M-tas V-ra obnixae petitionis meae, quam dura extorsit necessitas, clementissime recordetur, humillime confidens, levamen aliquod spero, ac nisi interventu S.R.M-tis V-rae aliqua nobis in acie novaculae constitutis concilietur indemnitas, vix sustinere diutius poterimus, ita sumus belli diuturnitate exhausti. Me S.R.M-tis

F. 200 v V-rae clementissimae affectioni, imo condolentiae unice commendo, quae ut in florentissimo Regno felicissimisque consiliorum actionumque suarum successibus salva et incolumis divina potentia conservetur omni ex animo precor. Datae Goldingae, 24 Aprilis Anno 1609.

Sacrae Regiae Ma-tis V-rae

addictissimus et obsequentissimus affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi Domino Jacobo, Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori Domino Consanguineo et Affini Clementissimo. *Sigillum.*

Alia manu: 24 April 1609. Duke of Curland to his Ma-tie.

N. 47

Goldingae, 24 Aprilis 1609

Guilelmus dux Curlandiae

ad Robertum Cecil

de gestis Polonorum in Moscovia; iterata ad regem Angliae

petitio de intercessione coram rege Sueciae

F. 202 r Illustris et Generosissime D-ne, Amice dilectissime et observande, Dicta salute plurima nostrorumque officiorum promptitudine diligenter commendata. Quae nos causa movit, ut Ill-trem D-em V-ram nostris literis frequentius compellendam existimaverimus, cum ea apud nos deficere haud queat, sequimur institutum, ut quam presentes cum Ill-re D-oe V-ra amicitiam contraximus, nobis absentibus integra constet, id cum nisi hoc qualicunque literarum officio ex tanta intercapedine fieri possit, confidimus D-em V-ram pro sua humanitate inque nos benevolentia non aliter quam in optimam partem accepturam, nec solum suum erga nos amorem conservaturam. Sed etiam apud S.R.M-tem Britanniae hanc gratissimam favoris sui operam nobis daturam, ut regia illa gratia nobis sarta tecta permaneat. Qua in re ut Ill-tris

D-io V-ra firmi sui in nos amici documentum perinsigne edit, sic nihil malumus, quam nobis quoque in promptu esse, quo referendae grati pectoris studium demonstramus.

De novis nunc fere nihil hic certi adest. Rumor est ex Polonia maiores copias quam nunquam ante Moschoviam invasisse, et Plescoviam expugnasse. Rex Sueciae ad hostile suum institutum persequendum iam hoc vere rediit, littori nostro non parcit. Quid eius rei causa S. Reg. M-tem Britanniae utpote potentissimum Christianitatis Regem iam ante humilime obsecravimus, non repulsum fuisse speramus. Id cum Ill-tri D-oi V-rae probe notum, hic non repetimus. Ipsam autem studiosissime rogamus, dignetur apud S.R. M-tem isti petitioni nostrae nimis (proh dolor) necessariae suffragari, viresque sufficere, ut optatum affectum consequatur. Quam amplum hoc Ill-stris D-is V-rae in nos beneficium fuerit, ex re ipsa censi potest: quanti a nobis factum, ut officiorum relatu, quocunque poterimus profiteamur, nulli parcemus operae. Ceterum benevolentiae

F. 202 v Ill-tatis V-rae confisi ut nos responso tandem dignetur suo amanter rogamus. Ipsam in optima fortuna salvam et incolumem diutissime florere optamus.

Datae Goldingae, 24 Aprilis Anno 1609

Ill-ris Do-is V-rae

ad mutuae benevolentiae officia semper studioseque propensus

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae
Dux

Wilhelmus mp.

In dorso: Illustri et Generosissimo D-no Roberto Cecyl, Comiti Salisburiensi Regiae Ma-tis Britanniae Thesaurario et privati eiusdem M-tis Consilii Consiliario, necnon prenobilis ordinis Garterii militi, amico nostro singulariter dilecto et honorando.

Alia manu: 24 April 1609. Duke of Curland to my Lord.

N. 48

Parisiis, 7 Maii 1609

Ianussius Radziwiłł
ad Iacobum I regem Angliae
se commendat

F. 204 r Ex animo optarem ut mihi occasio eiusmodi sese offeret, quo possim non verbis solum, sed re ipsa meam erga Sac. Reg. M-tem V-ram sinceram animi affectionem declarare. Sed cum id modo praestare non detur, saltem hic litera[rum] officio volui obsequia mea semper paratissima atque adeo me totum in gratiam Sac. Reg. M-tis V-rae commendare, eidemque submitte gratias agere, pro ea singulari qua e[rga] me (citra ulla mea merita) usa est humanitate. [Nihil] habeo tanti ponderis quod Sac. Reg. M-ti V-rae pro eiusmodi benignitate offeram, nisi sanguinem meum qui nun[quam] mihi tam carus erit, ut ipsum non libentissimo animo [pro]fundam pro servitio Sac. Reg.

M-tis V-rae, humillime ro[gans] ut me in gratia sua Sac. Reg. M-tas conservare digne[tur] benigneque ignoscat simplici stylo meo, quoniam iniqua tem[pora] elegantiae operam dare non permiserunt atque a studiis in [] a) alio me avocarunt. Quae ex patria precipua nova hab[eo] eorum principaliora capita Sac. Reg. M-ti V-rae mitto, eidemque [hu]millime obsequi mea, atque me totum offero et devoveo. Par[isiis] 7 May Anno 1609

Sac. Reg. M-ti V-rae ad inservire semper paratissimus

J. H. Radzivill, manu propria.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino, Domino Jacobo primo Magnae Britanniae, Franciae, atque Hyberniae Regi, Fidei verae Defensori, Domino meo Clementissimo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: May 1609. Radzivill Prince of Poland to his Ma-tie from Paris.

a) *pagina hic dilacerata est.*

N. 49

Gedani, 30 Junii 1609

Guilelmus Bruce

ad Iacobum I regem Angliae

de prospectato regis Poloniae interventu in Moscovia;

de Iacobi Sandelaine adventu

F. 206 r Sir, I maide knowen to your Maestie be my leste lettair al thinges doune in this Realme at the leste Parliament holden this monethe of februarie passed, nowe sence this kinge his voyage into Lithuania is declared to be to Moscowie whilke countreye he thinkethe to obtaine be sume secrete practise betwix him and his subiectes thaire, wha serwethe this new demetrius who is now acknowlegged for ane cuntrefated man beinge borne baselie in a towne in alba Russia pertaininge to the Chancellare of Lithuania wha his sonne wes by your Majestie this leste yeare in Englande and makethe greatte praise of your Majestie heire to the greatte contentement of al your Majesties trewe subiectes heire. nowe this kinge is passed to the Wilde, the principalle towne of al Lithuania a ducdomme lyinge neire to Moscowie abydinge his airmie of 20 thousande horsemen and ten thousande footemen to passe fordwards wyth him to the conqueste of haille Moscowie, quhilke is almaiste conquested alreddie be sume 20 thousande Polonions adherantes to the saide demetrius of the whilke sume 4 thousand hath beine newelie slaine be the Moscowiters followinge Suskye the lette usurpateur, yeite the reste keipethe the countreye and wan the battaile againste the saide Suskye, hawinge slaine manie as threthe thousande of his man sa that this kinge is ernestelie willinge to passe fordwards and to helpe his subiectes thaire and to depose the forsaide Demetrius and to make him selfe or his sonne kinge of that greatte countreye whilke is esteemed aiselie to be doune, when he sall pass fordwards your Majestie sal be dewelle adwertised; he hathe no man to hinder his Interpryse except the Turcques and Tartares

wha ar sa cummered wyth newe rebelliounes amongste them selves that this kinge feared them not, to whome the Turque hath send a message newellie at this leste parliament requestinge him freindlie not to melle wyth the kyngdomme of Moscowie as Jaleuse of this kinge his greattenes, but this kinge knoweing the Turque his estate and trubles he is falline into wyth his rebelles takethe na caire of his adwertisement. what efter sall falle out your Majestie sall be adwertaised. Mairower Sir James Sandelaine is arreived heire, and is persuaded be sume noblemen of this countreye who thinkethe he sal be employed to passe to this kinge. Not ellis but prayeing God for your Majesties gude healthe and prosperitie wyth al your Majesties Royalle Children our princes, I committe your Majestie to the protectioun of the Almighty. At Dansken this lest of June 1609

Your Majestie his maiste humble and trewe serwitour

William Bruce

In dorso: To the Kinge his maiste excellente Ma-tie our Maiste Gratieuse Soweraigne.

Alia manu: 31 (*sic*) June 1609. To his M-tie from Mr. Bruce.

N. 50

Gedani, 1 Julii 1609

Gulielmus Bruce

ad Robertum Cecil

de prospectata regis Poloniae Sigismundi in regem Moscoviae elevatione, relegatis Demetrio et Szujski

F. 208 r My Lord, me dewe service beinge remembred, I praye your honor to haiwe me excused of not wryttinge lettelle to your honor. I wes so misinformed be the Inglishe merchantes cumminge hether, that your honor had resigned your place of Secretarie in faweur of my Lord Whitby, so I wrytte to his Lordshippe as his Majesties chiefeste secretarie, reioising of your honor his preferement to that worthie place of Thresorer in the whiche your honor his maiste noble fader did behaiwe him selfe so worthelie that he wes renauned throughe al Christianitie for a wyse and excellent nobleman, but nowe Sir James Sandelane haiwinge taulde me that your honor reteinethe lykewayes the office of greatte Secretarie my dewetie commanded me to wrytte to your honor in the aulde maner, that your honor maye informe his Majestie as occasioun sall serwe.

It is meanid heire that the polische souldieus who ar by thier newe demetrius hathe moyenned so wyth this estate, that this kinge sall cumme in to Moscowie wyth ane airmie as he wes to passe to finelande, a ducdomme of his kingedomme of Sweden, and he beinge wythin the countreye theye sall rendre al the fortressis to him and constraine the othair to acknowlege him for the kinge of that greatte countreye, and to putte off this newe demetrius and suskye both, yeite they haiwe made protestatiounes in the contraire, to asseure the foresaide demetrius of thaire fidelitie towards him, that he take no occasioun to mistruste theme. This kinge wes lippinninge for ane ambassador fra our

kinge his Majestie twichinge the Inglish Compagnie heire, but nowe is na tyme to send anie, except it wer sume younge nobleman who sulde desyre to haiwe the occasioun to sie this polische airmie because we thincke heire schortlie to sie this kinge returned heire, this twa yeares to cumme, iffe his proposes passethe fordewarts he thinkethe to take in Sweden before he returne in to Pole againe. your honor sall be dewelle informed who al thinges sall passe. Nought ellis but wishinge your honor al prosperitie and contentement, I praye God to maineteine your honor in longe lyfe and goode healtie. At Dansken this firste of Julie 1609.

Your honor his moste affectionate at commande

Williame Bruse

In dorso: To the Ry-t honnorable and my weraye goode Lord Robert Lorde Cecile Earle of Salisburie Lord highe Thresorer of Inglande and principalle Secretarie of estaite one of his Ma-ties most honnorable Priwie counsell and kny-t of the most Noble order of Garter etc etc. At the Courte.

N. 51

Regiomonti, 1 Julii 1609

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil*

Cornelium Godfrey, suorum negotiorum gestorem, commendat

F. 210 Illustris ac Magnifice Domine Comes, Amice noster observandissime.

Cum nemini non amicitiae nostrae jam inde a primo congressu cultae satis ignota sit, fit non raro, ut ii, quibus apud Ill-em V-ram negotia quaedam expedienda sunt, eadem freti, faciliiori via confecturos sese ea pro voto arbitrantur, si nostris intercessoris muniti Ill. V-ram adierint. Atque hinc est, quod spectabilis et Famatus Cornelius Godfrey, Civis Londinensis et Negotiorum nostrorum gestor, hisce nostris instructus esse voluerit. Quas petitioni eius perbenigne annuentes, non gravatim ipsi concessimus, maximopere Ill-tem V-ram rogantes, ut pro necessitudine nostra in benigne suscipiendo praefato Cornelio, diligentissimeque promovendo efficiat, quo in bene concepta spe confirmetur, nostramque sibi Intercessionem maxime adjumento fuisse reipsa experiatur. Idipsum uti de Ill-te V-ra nobis certo pollicemur, ita pari ratione quavis data occasione in simili praesertim officiorum genere Nos benevolentissime promptos habebit.

Quam diu feliciter valentem Deique protectioni unice commendatam cupimus. Dabantur Regiomonti in Prussia, Die 1 Julii Anno 1609.

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux,

Ill. V. benevolus et observantissimus amicus et servitor

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustri et Magnifico Domino Roberto Zissell Comiti Salesburgensi, Magni Regis Britanniae Thesaurario, Amico nostro observandissimo.

[Londini, Julio 1609]

Thomas Zaleski
ad ignotum
de responso ad litteras regias non obtento

F. 212 r Illustrissime Domine Domine observandissime.

Generosus D. Thomas Lake, ad quem, cum negotio Ser-mi Regis Domini mei Clementissimi remissus fui, retulit mihi negotium hocce Dominis Herbert et Perchein a Ser-a Regia M-te commissum esse, ab iisque expeditionem et ad literas Ser-mi Regis mei responsum me a) expectare debere. Quorum quidem unum, D-m Herbert, post suae M-tis Ser-mae Londino discessum, bis adieram, et sum allocutus; verum ex eodem, negotium hoc, aliter quam sperassem, tractandum fore, et expeditionem atque responsum a quindena ad quindenam protrahi debere, vel in summum Ser-mi Regis mei contemptum intellexi.

Quae cum ultra spem et expectationem mihi accidant, non doleo tantum sed miror maxime. Quamobrem Ill-mam D. V-ram obnixè rogo, quatenus de celeriori ad Ser-mi Regis mei literas responso, mihi providere dignetur, cum quo, ut ante Comitia Poloniae Regni, quae pro 15 Januarii indicta sunt, revertar, mihi est demandatum. Non dubito Ill-mam D. V-ram pro singulari in me gratia, et pro negotio ipsius et causae aequitate facturam.

Cui humilia servitia mea submitte deffero.

Ill-mae D-is V-rae

Humilis famulus

Tomas Zalesky

a) me, *add. sup. lin.*

Grisbachii, 21 Augusti 1609

Ianussius Radziwiłł
ad Iacobum I regem Angliae
officia propria commendat;
de confessione Augustana et de religione reformatata

F. 213 r Serenissime Rex ac Domine Domine Clementissime. Quamvis nihil sit modo in his regionibus dignum scitu Sac. Reg. M-tis V-rae, tamen oblata commoda occasione, transmittendi in Galliam ad legatum Sac. R. M-tis V-rae literarum, omittere nolui quin hisce brevibus S.R. M-tem V-ram interpellarem, eidemque paratissima semper officia mea atque adeo me totum offerrem, humillime rogans ut S.R. M-tas V-ra sive in his sive in aliis regionibus ubicumque locorum fuero, dignetur me habere pro uno ex intimis, et ad inserviendum sibi paratissimis servitoribus. Ego ante quatuordecim dies ex Gallia huc veni, ubi non est mihi adhuc datum ullum ex Principibus Germaniae in negotio illo mihi a Sac. R.M. V-ra demandato, alloqui (nam ex praescripto Medicorum aquis acidis hic penes Argentoratum per spatium unius

mensis uti cogor). Sed cum praecipuis Theologis Basiliensibus in transitu per ipsorum urbem contuli: ac quid ea in re sentiant, quorundam praecipuorum sententiam manibus illorum propriis subscriptam Sac. R. M-ti V-rae mitto. Dabo operam Deo iuvante ut absoluta hic cura mea cum Principibus etiam Germaniae conferre possim. Sed ut verum fatear inveni homines Augustanae confessionis cum nostris reformatae religionis non bene consentientes, nam Ministri illorum non solum in concionibus suis mirifice nostros quotidie traducere, sed etiam libris recenter editis turpissime proscindere non desistunt. Studium Sac. R. M. V-rae in promovenda pace Ecclesiarum, non solum Theologi nostri omnes, sed etiam Magistratus liberarum Rerumpublicarum atque Civitatum Imperii, ac omnes in universum boni summopere laudant, et pro incolumitate atque felicissimis Sac. R. M-tis V-rae successibus Deum orant. Ex patria quid novi hactenus acceperim ex minori carta Sac. R. M-tis V-ra intelligere poterit. Plura modo non occurrunt. Deum tantum Opt. Max. rogo ut Sac. R.M-tem V-ram ad divini nominis sui gloriam salvam et incolumem in annos quam plurimos conservare dignetur.

Datum Grisebachii ad aquas acidas 21 Aug. Stylo novo Anno 1609.

Sac. Reg. M-tis V-rae addictissimus servitor,

J. H. Radziwill, manu propria

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino, Domino Jacobo Dei Gratia primo Magnae Britanniae Regi, Fidei verae defensori, D-no meo Clementissimo.

Alia manu: 21 August 1609. Radziwill to his Ma-tie.

N. 54

Gedani, 8 Septembris 1609

Gulielmus Bruce

ad Robertum Cecil

de causa discessus principis Radziwill ex Polonia

F. 215 r My Lord, me dewe commendatioune of service beinge remembred, I resaiwed your honor his gracieuse lettre gewen at Whit-hall the 24 of Junie leste heire in dansken the 7 of this monthe of September fra Sir James Murraie for the whiche I thanke your honor wyth al my harte as I sall ewer be reddie to serwe your honor indeed trewelle and uprichtelie as I haiwe serwed his Majestie God be praised sence I haiwe beine resaiwed in his Majesties service as al my countreyemen can testifie who traidethe in this countreye to whome I haiwe beine muche helpfulle as your honor may be Informed be them selfis and sall conteneuwe wyth al diligence to procure the weille and quyettnes of them heire that my service may be the more and more acceptable to his Majestie our souveraigne, and to your honor and al othair of his Majesties most honnorable and wyse counsell and helpfulle to his Majesties subiectes my countreyemen.

More your honor requyrethe to be informed of the fortune and conditione of the prince Radzewille in poleland and what wes the

cause he lefte his countreye and whither he be lykelye to returne into his countreye againe; to the firste suppose an prince or Lorde in poleland be but equalle to gentilmen and hathe no priuilege heire but as gentilmen yea not the kinge his awine sonnes yeitte this Radziville wes lefte weraye riche and potent be his father and married to the heare and princesse of Slutzko worthe 40 thousand poundes starlinge be yeare who dide not keipe the pairte and dewetie of ane trewe ladie to him so that for hir cause he hathe beine the lesse cairefulle of his leiwinge and hathe spended muche, to the seconde he lefte his countreye for ane indignatioune that he wes abandoned be the reste of his parteners againste the king heire and thinkinge to spaire sume pairte of the greatte charges ordinairielie he muste be at in this countreye or as it [is] thochte lykewayse to putte his ladie fromme hir polische acqueintances. to the theirde, he is frie to cumme and Inioye his leiwinge and landes heire as he will him selfe al beinge forgewen paste in his lette rebellious and that confirmed be parliament this yeare so that thair is no occasioun presupposed of his remaininge frome haim but his sparinge of charges and his wyfe. Nought ellis but I praye god conteneue your honor in goode healthe and prosperitie wyth al contentemente, frome dansken this 8 of September 1609

Your honor his moste affectionate to do your honor service

Williame Bruse.

Al other newes of this kinge I remitte to Sir James Sandelaine nothing chanced sence my leste lette worthye to be wrytten to his Majestie or to your honor

In dorso: To the R-yt honnorable and my weraye goode Lorde Robert Earle of Salisburie Lord Cecile etc etc Lord highe Tresorer of Inglande Knichte of the most noble order of the Garter and one of his Ma-ties moste honnorable priwie counsell. At the courte. 4 sigilla.

Alia manu: 8 September 1609. Mr Doctor Bruce to my Lord from Dansken.

F. 55

Regiomonti, 13 Septembris 1609

Guilelmus dux Curlandiae

ad Robertum Cecil

de Suecorum in Livonia invasione deque rebus in Moscovia gestis

F. 217 r Illustrissime Domine, amice observandissime, salutem quam mihi ab Ill-te V-ra Magnificus Magister Ceremoniarum Dominus Jacobus Mora attulit grato et iucundo animo excepi, imprimis cum Ill-tem V-ram hactenus ex animi sententia vixisse pro perpetuo voto meo intellexissem. Is ut sine salute et literis meis ad vos rediret, concedere nolui, statum autem meum praesentem ipse cum viderit et abunde cognoverit de eo Ill-tem V-ram certiozem reddere potest.

Livonia nostra funestis decennalis belli cladibus nondum liberatur. Sueticus Generalis Exercituum Comes Mansfeldious, cum iis quas ex variis nationibus collegit quatuor aut quinque millium copiis portum

Dunae fluvii ab utraque parte fortalitiis et in ipso corrente navium aliquot bellicarum dispositione custoditum, perrumpere hacque via arci Dunemundensi ante annum deditione capta, quam praesidarii hactenus fortiter tenuerunt, opem et suppecis ferre frustra cum tentasset Pernarviam hoc hyeme a Polonis acceptam deflexit eamque obsidione cinxit.

Nunciatur passim Suecos Chotchiewicium cum copiis aequalis fere numeri eo contententem per insidias in silva quadam ex improvise adoriri et opprimere voluisse; Verum male exceptos non sine multorum caede terga vertisse, cumque qui ad Pernarviam in castris continuandae obsidionis causa permanserant, paucis relictis fugientibus adversus persequentes se coniungere vellent, obsessos abitu illorum animadverso, reliques celeriter oppressisse ipsisque castris exuisse. Quis rei futurus sit exitus, brevi patefiet. Regia M-tas Poloniae et Suetiae cum exercitu Moschoviam aliquot

F. 217 v. annis internis motibus gravissime laceratam, et pro parte adventum et opem Suae M-tis expetentem expectantemque ingreditur Carolus ante hac aliquot millia suorum moderno Zsuszsio submisit, quae res M-tem ipsiusque ad haec consilia, ne coniunctis Sueticis cum Moschoviticis viribus omnis recuperandi Regni Suetici via praecludatur, potius hac speciosissima occasione Moschovia subacta planior et expeditior foret, haereditarii petiundi opportunitas, compulisse creditur. Haec pro mutua ista coniunctione nostra Ill-ti V-re reticere nolui, quam pro cognita fide et benevolentia, me sibi ^{a)} in omnibus iis praesertim quae ex praefato Magnifico Domino Ceremoniarum Magistro uberius intelliget commendatum habeat, per eandem sedulo contestor. Ill-em V-ram prosperrime valere ex animo opto.

Regiomonti Borussorum 13 Septembris Anno 1609

Il-tatis V-rae

observantissimus amicus et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Ill-mo Domino Roberto Caecilio Regni Magnae Britanniae in Anglae Supremo Thesaurario, D-no et amico meo observandissimo.

Alia manu: 13 September 1609. Duke of Curland to my lord. re. ult. Jan. 1609.

a) sibi, bis expunct.

N. 56

Gedani, 27 Septembris 1609

Iacobus Murray

ad Robertum Cecil

de obsidione Smolenscii:

de Patribus S.I. in Brunsberga

F. 219 r My Lord, Since my last letter daitit at elsinour I have beine at the willd thinking to have founde his Majestie bot befor my cuming his Majestie vas pairtit towards smolenskile in moscovie so that I was

forest to returne and not without perrell for the soldiours in passinge haid done great outrages, so that the 24 off september stilo vecchio I arrayvid at marieburge, thinkinge thine to finde the palatyne at home, he vas pairtid from thence towards great poll and will not returne theis six welks. at last I delyvered my booke and Letters to doctor bruce his Majesties agent heir and hes reseavid a dischairge off his hand, whoe will with all expeditioun send thaim to the palatyne to be conveyit be post to his Majestie whoe I heir speids not so well in his woaiage as him sellff consaited for the thinking to enter in peace in the principote off smolenskies whiche is one off the parcells of the Moscowian empyre, the inhabitants against thair promisis fortefeid thair tounis, brunt thair suburbs and hes takin thaim sellfs to defence, for wther occurrents I have none certaine to wreat to your honor, bot that the cheiffe Jesuite faithier bartius the kings confessor is of blackwalls opinioun concerning the oathe of alleagance against the pope and all. at my returne from queinsbrige thair is a littille toun callid brounsberge whair is a seminarie of Jessuits amongst the whiche one Scots man came to my Lodging and told me that the frenche kinge had brunt his Majesties booke. So lothe to trubille your honor withe longer lettere bot in acknowledging my ever bounding deutie to your honor most humblie kissing your honors hands I rest.

Your honors most devotid

James Moray.

Dantzigt the
27 off Setember 1609.

In dorso: To my nobile and ever honord Lord my Lord hieghe tresorer off Ingland etc.

Alia manu: 27 September 1609. Sir James Murray to my Lord from Dantzigt in Poland.

N. 57

Regiomonti, 4 Octobris 1609

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil*

*de Suecis a Polonis in Livonia caesis, deque recuperata Dunaemunda
(Dyament)*

F. 221 Illustrissime et Generosissime Comes, Domine amice singulariter dilecte et honorande commendatis officiosae voluntatis nostrae studiis, omnisque felicitatis comprecatione praemissa. Quod persuasissimum habebamus, benevolentiam nobis istic coram ab Ill. D-ne V-ra designatam semper ratam et firmam, proindeque et literas persuasu hujus ad ipsam a nobis datas non ingratas fore, id ex acceptis ab Illustriss. D-ne V-ra literis adeo solide et abunde demonstratum vidimus, ut nihil expectationi nostrae accidere posset consonantius. Vt vero Ill-tris D-rio V-ra ea facultate pollet, qua propensae in nos voluntatis suae studium in effectum suum perducere potest, sic nihil nobis esset optatius, quam ut aliqua hujus felicitatis parte potiremur, ne

ejus quod in referenda gratia officium fuerit, plane expertes videremur. Verum cum diversa utriusque nostrum fata eam hactenus distinxerit conditionem, ut nos quidem nihil minus quam mutuorum officiorum studiis impares esse cupiamus, Ill-triss. autem D-io V-ra voluntatis suae facultatem sociam et obsequentem habeat, cedendum eoque nobis esse sentimus, donec desideratam illam vicissim benemerendi de Ill-ma D-oe V-ra occasionem divini Numinis largitate adipiscamur, neque dubitamus, quin Ill-ma D-io V-ra hunc circa conatus nostros defectum pro suo candore ex humanitate eatenus aequissimo animo latura sit.

Adversa dilectissimae Consortis nostrae valetudo in quam subito in ipso itineris procinctu, cum in nostrum Ducatum redire vellemus, incidit, nos usque huc Regiomonti Borussorum detinuit, cumque ipsa nunc vicina sit partui, minus pro ipsa consultum putatur, protectionem hoc autumnali tempore suscipere.

Nunciatur ex Livonia iterum Suecos in conflictu a Polonis caesos et fugatos. Arcem quoque Dunaemundam recuperatam esse. Faxit Deus ut Reges isti consanguinei hoc funestum bellum tandem terminent, inque concordiam redeant et coalescant, quod quidem

F. 221 v. ex animo precamur, quam spes subsequi haud videatur Ill-mae D-oni V-rae perpetuam valetudinis integritatem et felicem cunctarum fortunarum statum optantes, Nos benevolentiae ipsius Sincerae et constanti amplius commendamus. Datae Regiomonti Borussorum 4 Octobris Anno 1609.

Ill-mae D-is V-rae
ad mutuae benevolentiae officia semper studiosus et propensus
amicus et servitor
Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustrissimo et Generosissimo D-no Roberto Cecyl Comiti Salisburiensi Magno Britanniae Thesaurario, ac privato ejusdem Regiae M-tis Consilii Consiliario nec non praenobilis ordinis Garterii Militi, amico nostro inprimis dilecto et honorando.

N. 58

Gedani, 7 octobris 1609

*Guilelmus Bruce
ad Robertum Cecil
de missione Iacobi Murray: de Sigismundi III erga Societatem Iesu
addictione; de Claudii Rangoni cardinalatu deque expeditione
contra Moscoviam*

F. 223 r My Lord, my dewe recommendatioune of service beinge remembred, it sall please your honor to ondersand that I haiwe resaiwed the Kinge his Majesties booke fromme Sir James Murraye to be gewen to this kinge whiche I meane ather to keipe besyde me to this kinge his retourney out of Moscowie iffe it sall be shortelie or then efter Sir James his directoune to delywer to ane Nobleman heire called the Palatyne of Marieburge who is this kinge his liewetenant in this

countreie that it maye be send be sune seiwer conwoye to his Majestie who is two thousande Englishe myles farre fromme this countreie and the passage is weraye dangereuse for strangers whiche hathe maide Sir James Murraie to turne backe fromme his Journey to Wilna the chiefeste towne in Lituania whare he thochte to haiwe mette wyth Compaignie passinge to the kinge but as he can declare your honor him selfe the men of Warre hathe doune suche outrage to the peoure countreie people in passinge that no stranger can passe except wyth ane greatte compaignie of men, so that sune 40 or 50 men together goinge hathe beine keilled passinge that waye whiche makethe men efeired to go thether, alwayes I sal do suche diligence as sall be possible that this kinge may resaiwe it and that the kinge his Majestie our Souveraigne maye understand what he sall thinke of it. he is weraye muche addicted to the pope and the Jesuittes suppose the pope make not muche accompte of him as he hathe schowen not makinge accompte of his recomendatiounes send to Rome for the promotioun of ane Bischope who hathe beine the pope his Nonce in this countreie six yeares to be maide a Cardinale whiche is holden ane greatte lichtelie in this estaite. yeite he is so devoute to the pope that he takethe in a goode pairte al the pope his mistryst of him, and contenewethe to praye at ewerie occasioun for the saide Bischope his promotioun who is name is Claudius Rangonius episcopus regiensis.

For newes I can wrytte none at this tyme to your honor onelie this kinge is entred wyth a greatte airmie into Reusseland, and hathe nothings as yeitte attempted be force of airmes but hathe taken al. the fortresses hathe beine rendred to him be the countreie people. what efter sall chance his Majestie our soweraigne and your honor sall be dewelie advertised. Nought elis but wishinge your honor al prosperitie and contentement, I praye God to presarwe your honor in longue lyfe and goode healthe. danskin this 7 of October 1609.

Your honor his humble affectionate to do your honor service

Williame Brusse, doctor of the Lawes.

In dorso: To the Richt honnorable and my weraye Goode Lord Robert Lord Cecile earle of Salisburie Lord highe Tresorer of Ingland knichte of the moste noble ordre of the Gartere and one of his M-ties moste honnorable priwie counselle etc etc. 3 sigilla.

Alia manu: 7 Oct. 1609. Mr. Doctor Bruce to my Lord from Dansick.

N. 59

Gedani, 21 Octobris 1609

*Proconsules et Consules Gedanenses
ad Jacobum I regem Angliae
ut eos 50 tormenta bellica ferrea in Anglia acquirere
et Gedani perferre permittat*

F. 225 r Serenissime Potentissimeque Rex ac Domine Domine Clementissime.

Quid quantumque de clementissima Ser-mae N-tis V-rae Regiae in nos civitatemque hanc voluntate sperandum nobis sit ex nostris

erga Eandem promptissimis obsequiorum studiis metiendum nobis possimum esse arbitramur. Illud enim hactenus propositum nobis maxime fuit, ut Ser-m M-tem V-m humilimis obsequiis nostris colentes, Ejusdem quoque subditos comiter benigneque apud nos haberemus. Qua fiducia freti, petitionem nostram apud Eandem M-tem V-ram R-am incassum non abituram nobis pollicemur. Cujus petitionis nostrae summa haec est. Compertum habemus tormenta ferrea bellica in Anglia parari firmissima, propugnaculorum vallorumque usibus accommodata: quorum cum quinquaginta in hujus civitatis usum publicum opus habeamus, ea autem ex Angliae Regno sine M-tis V-rae R-ae assensu exportari non posse intelligamus, Eandem submissee rogamus, ut quinquaginta illa tormenta bellica ferrea, quorum curandorum mandatario nostro negotium dedimus, ad nos perferri Clementissime permittat. Quod uti ex Ser-mae V-ae M-tis R-ae nutu dependere non ignoramus, ac idcirco nos voti nostri compotes futuros non dubitamus; ita et nos ad submissa obsequiorum nostrorum studia Ser-mae M-ti V-rae R-ae imposterum quoque probanda hoc potissimum beneficio aucti reddemur alacriores. Cui de caetero prosperam diuturnamque valetudinem, cum gloriosissimo regnorum suorum incremento precamur promptissimaque inserviendi studia nostra deferimus. Datum Gedani die 21-ma Mensis Octobris Anno Domini 1609.

Ser-mae M-tis V-rae R-ae ad officia paratissimi

Praeconsules ^{a)} et Consules Regiae Civitatis Gedanensis.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino, Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori etc Domino nostro clementissimo.

Alia manu: 21 Oct. 1609. To the Kings Ma-tie from the Consuls of Dansick for leave to shipp out 50 peaces of Iron Ordenance.

a) *Sic in Ms.*

N. 60

Gedani, 18 Octobris 1609

Gulielmus Bruce

ad Robertum Cecil

de damnis mercatoribus Anglis a militibus Germanicis illatis;

de quodam thaumaturgo Babylonensi

F. 226 r My Lord, my dewe commendatioune of service being remembred to your honor I haiwe wrytten to his Majestie of al thinges passinge into this countreye as your honor maye onderstande be this my other lettre unto his Majestie, nowe at this present al our countreyemen traffecquinge heire ar at quyetnes abydinge this kinge his retourney backe againe into this kingedome, onelie into the nexte countreye unto this called the ducdome of Prussie our countreyemen ar trubled against al olde use and uonte in usinge thaire traide and that for sume oultrages as they allegge wrongeously doune be sume deutsche souldiours who passed thether onder sume Scottische Capitaines and thairfor wer holden for Scottische men whiche to remedie

this peure people ar desyrrouse his Majestie sulde wrytte to this newe duc called Johannes Sigismunde Marquis and Electeur of Brandeburge that his honor maye putte ordre to his honors subiectes that they stoppe not his Majesties subiectes to use ane lawefull traide of Merchandise used be them this manie yeares in these pairtes for anie wronges doune be other men to them yea doune to thaire awine countreyemen. I can asseure your honor of 1400 footemen who passed that waye onder sume 6 Scottische Capitaines. ther wes not in al two hundrethe Scottische souldours but Deutschemen beinge gathered at heste up and doune the countreye who dide use thaire naturelle violence and accustomed forcinge againste the countreye people heir, whiche redonded haiwelie on his Majesties subiectes tradinge in this countreye, whiche iffe it be not remeded schortelie it will be weraye skayfull to our natione whiche I hope to stoppe beinge assisted be our kinge his Majesties lettre to the saide duc. Nought ellis but wishinge your honor al prosperitie and contentement, I praye God to preserwe your honor in al wellfaire wyth al your honor his weilwillers. Dansken this 18 October 1609

Your honor his moste humble and affectionate to do your
honor service

Williame Bruse.

My Lord, thair is heire greatte newes of ane man borne et Babilone who callet him selfe the sonne of God who beinge aiged of ane dayes tyme became a man and is sende to do greatte wonders as it is wryt-tine heire boyth from Venise and fromme Turcquie be grawe and weise men, whiche the Jewes doethe not accepte who sayethe thaire Messiar sulde not be called sonne of God but ane prophete. sume Turcques followethe him at Muscowe. [he] wes resuscitated efter ane thousand yeares as he promised to his disciples. what efter sall be reported heire of him sall be wrytten dewelie to your honor.

In dorso: To the Ry-t honorable and my weraye Goode Lord Robert Cecille Earle of Salisburie Lord highe Thresorer of Inlande and Knyt [of] the moste noble Ordre of the Garter one of his M-ties most honnorable Priwie Counselle. At the Courte.

N. 61

Pinczów, 15 Martii 1610

*Supremus Regni Poloniae Marescallus
ad Iacobum I regem Angliae
de progressu Polonorum in bello Moscovitico
deque Demetrio a suis militibus derelicto*

F. 228 r Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Clemensissime.

Vellem ego ut M-tas V-ra intelligat neque me libentius quidquam neque merito magis agere, quam si omni tempore parato quovis servitorum meorum officio illam singularem M-tis V-rae gratiam et anti-quam benevolentiam provocare possem, nimirum ut, quamvis externum

tot a M-te V-ra seposuere regiones, interna nihilominus totaque mente proxima sint et maxime prompta officia mea.

Prioribus meis ad M-tem V-ram datis litteris, ea quae de Ser-mo Rege Domino meo, bono amico et vicino M-tis V-rae habuimus, breviter attigi, nunc quae ex Castris (mihi enim aegra admodum valetudo presenti esse apud S-m M-tem denegavit) ad Smolenscum certa accepi-mus, (nisi id molestum M-ti V-rae foret) perscribere volui. Miles ille Demetrianus, caeteraque partes suas sequuta ex varia gente multi-tudo, iam falso et fugitivo Domino renunciens in Regia Castra discessit, ita uterque exercitus princeps (ea res) ac maximus hostilis potentiae et fiduciae terror, quamvis campo adhuc ob graves respectus diviso, in unum coaluit, quo facto maxima pars Gentis Moscoviticae in Castra Regia pervenere deditionemque sua sponte fecere. Mensis autem exacti diei XX venerunt in castra XXIV Legati fere totius gentis Princuy, ^{a)} qui deditione facta iuramentum obedientiae Regi praestiterunt. Eo tempore qui in Smolensco obsidebantur rebus suis desperatis (fama enim est ipsum Mag. Ducem ex conspiratione interiisse) similem dedi-tionem inierunt. Magna spes est eam quoque rem foeliciter et ex voto S-ae M-tis favente Deo brevi successuram, tractari iam de eo res erat incepta per utriusque gentis internuncios. Astracanenses et Nahaia-condienses Tartari Magnorum Dominiorum Principes Cari ut vocant magnas uterque ex suis regionibus copias deduxere, quas Servicils Regiis quo jubeat, exhibere velle uterque iuramentum dedit: ita bis Divina gratia prospere successibus, brevi magna totius Christianitatis laetitia, tam amplum imperium Christianitati simul et Regno accessurum spes non incerta. Nisi gravioribus M-tem V-ram Regni sui negotiis intentam occupem, quem dehinc Deus prosperaverit sumpta occasione M-ti V-rae perscribam, Cui diuturna et faelicia Regnorum suorum gubernacula maxime precatus me meaque eius M-ti officia humilime recommendo. Datum in Arce nostra Pinczow, die XV Marcii A.D. 1610.

Eiusdem M-tis V-rae

promptissimus servus

Supremus Regni Poloniae Marescallus, m.p.

In dorso: 15 Marty 1610. Marshall of Poland to his Ma-tie.

a) *Sic Ms.*

N. 62

Ignotus

ad ignotum

*Diarium rerum gestarum in castris sub Smoleńsk a 1 Martii
usque ad 2 Aprilis 1610*)*

F. 230 r Registrum sive Ephemeris rerum gestarum a prima Martii usque ad 2-dam Aprilis Anno 1610

Primo Martii Domini Internuncii ex secundis castris denuo S.R.M. accesserunt, ut ad petita et quae iam antea egerant certum tandem responsum referrent, quo accepto bene a S.R.M-te contenti stipendii quoque menstrui pro ea parte quarum praesens rerum conditio admisit, solutionem accipiunt.

Die mox sequenti S-sus Dominus Komorowsky ex castris supradictis in regia castra advenit nuntians militum animos qui modo a Regia M-te placati erant quorundam perfidorum machinationibus et eorum qui adhuc etiam in ipsis Regiis castris versarentur Impulsos ad defectionem spectare. Narrat praeterea ipsam quoque Russiae Ducissam, cum iisdem militibus aliquid novi moliri, eamque milites quos illi lingua Polonica Kosakos Drincze ^{a)} vocant prostravisse. Refert et idem Komorowsky supra dictam Ducissam ipsa meridie in locum calugae dictum castra movisse, ductu quorundam Moscovitarum nimirum Nobilis /: qui Kneiti dicti /: Brubetzky et Knesi Zeisekin quos illa in eodem conflictu mac-tandos obtulit. Nam Princeps Rosynsky ubi advertit Ducissam castra ad locum supra dictum movisse, continuo eam armata manu et milite insecutus praelium cum ea commisit, in quo plus quam duo milia a parte Ducissae cecidere, inter quos et Nobilis Brubetzky periit, reliquos qui sibi fuga consulere Molotsky excepit et ferme omnes usque ad interneccionem delevit. Inter reliqua istud etiam narratur milites a Regia Maestate ante placatos postquam literas ex Polonica acceperant iisdem confirmati in tres partes exercitum suum divisisse. Pars enim calugam versus petiit, pars

F. 230 v praedatum, pars in Poloniam abiit. Praecipuae autem digni-tatis homines qui inter eos erant apud S.R.M. remansere.

3. Eiusdem mensis per totum ferme diem acriter rem tormentis in nostros agunt.

4. Miles quidam ex numero eorum quos Kasakos vocamus quod ad hostem profugere cogitaret e militibus nostris comprehensus, ceteris in exemplum e vestigio furcis suspenditur.

5. Martii Generosus Szieth ^{a)} cum centum useronibus munitiones pro-prias adequitat, in quos vehementer hostis tormenta sua displodit, omnes tamen incolumes et inviolati redeunt.

7. Eiusdem, Nunciis affertur praedictam Russiae Ducissam assumpto habitu virili puero saltem, et uno famulo comitatam Calugum versus iter ingressam esse, ex quo, de speculatoribus edocta, Dimotronam de-flectere coacta est.

Discessura Epistolam a se conscriptam in castris relinquit, quod serio de contumeliis et iniuriis sibi illatis conqueritur et quod eas diu-tius ferre et perpeti non possit, valetudinisque suae convenientem rationem habere oporteat necessario se hanc profectionem ad maritum suum suscipere, publice contestata est. Ingens inde tumultus inter milites in castris exortus est volentibus et appellantibus quibusdam Principem Rosinsky ut Ducissam aut plane e medio tolleret aut in arce quadam munita custodiendam traderet. Ducissa quae iam Dimotro-nam pervenisset ^{b)} Generosum Dominum Sapiam Palatinum ^{c)} de Swietz cum milite ibidem offendit, cui cum se notam facisset, Palatinus militem convocari iubet. Ibi tum illa querula voce et multis lacrimis militi universo exponit quae illi acciderint et quam iniusta hactenus perpessa ^{d)} esset, quorum aliqui misericordia commoti

F. 231 r Ossiponam usque cum ea procedunt inde Calugam petitura.

8. Nunciatur Exercitus eiusdem ductores Plexhzeiorum ^{e)} cum aliquot copiis duobus nimirum Dinitsky Kosakis millibus, et tot Moscovitis

arcis Mozaiski dictae Oppugnationem tentasse, sed eum re infecta in suburbium Borozow se recipere coactus est per integrum diem dispositis hinc inde ad insidiandum aliquot militum cohortibus ibidem occulte ^{f)} delituit. Re autem intellecta Dominus Wilzeck Woywoda eiusdem arcis Militaris praefectus de consilio hostis Dominum Moletzky certiore reddit, qui statim sine ulla cunctatione die sequenti cum exercitu suo advolat et G. dictum Mezewirum cum iam ad oppugnandam arcem milites suos disposuisset ex improvise adoritur, milites et primi kosaki Dunkii dicti, ex inopinato consternati statim se fuga dare incipiunt. Generosus Dominus Moloczky ex altera parte ir[r]uptione facta castra oppugnat omnibus ferme ad internecionem deletis paucis saltem ex praecipua nobilitate servatis quos captivos secum abduxit. Periere in eo proelio cum Dantskii Kosakis et aliis nobilibus ad 2000 hominum Signa militaria hosti ar[r]epta S.R.M-ti transmissa sint.

10. Martii Dominus Glebowicz et aliis ex Livonia legati in castris veniunt et una cum illis Ill-ris campiductor Carolus Chotkowicz eodem die Domini Ludovici Weigeri et Domini Stowski legati appulerunt qui nunciarunt Dominum Robowsky quem Dominus Moloszky substituit satis virium ad resistendum hosti non habere.

11. Militum in Livonia internuncii mandata sua coram S.R.M. exposuerunt. In ea nocte propter subitum aquarum accursum

F. 231v milites stationes suas deserere coacti sunt.

12. Martii omnia quietata fuere.

13. Nuncium accepimus 2000 militum Moscovita proficisci et urbem Mozaiski versus castra metari qua de re Dominus Kasnowsky edoctus Domino Molotsky subito in auxilium processit.

14. Nihil quod dignum esset observatione actum est.

15. Magni Ducatus Lithuaniae campiductor ad castra venit.

16. Nihil actum.

20. Dominus Starosta ex alteris castris ad S.R.M-te[m] advenit nuncians magnos in iisdem castris inter milites tumultus excitari, principem ipsum Rosnisky aliquoties sclopettis impeti, nunciat g) etiam in itinere de sorore sua accepisse quod calugam ^{h)} proficiscens se nebuloni cuidam qui Demetrii nomen sibi assumpsit, adiunxisset.

21. Adfertur Woywodam Wilzeck de Mozaisky nuncium ad Susky misisse qui Indicaret ut militem suum ad se mitteret et munitionem quam tradere illi paratus esse[t] reciperet, quod postea etiam eidem praes[t]itit. Petebat enim iam antea a nobis praedictus Vilzeck ut pro tuitione istius arcis plura et nova sibi auxilia mitterentur quam rem cum nostri segnius agerent Susky munitione illa potitus est.

22. Eiusdem, Dominus Generalis Campiductor domum profecturus ad dimidium unius milliarii a tota nobilitate Polonica et Regni Senatoribus comitatur.

Nunciatur magnum chanum ⁱ⁾ manum 1000 hominum numero cum tot Zaporowsky kosakis se coniunxisse, electisque Ductoribus aliquot et cohorte Nelubowitz, ad occupandam Masaski urbem, expeditionem suscepisse, quod ita foeliciter illis cessit, ut capta et diruta urbe ingenti praeda.

F. 232 r potiti sint, sed cum in reditu praeda valde onusti incautius ¹⁾ et singuli separatim incederent, Demetrius nuncio accepto per kasakos quos praedictae civitati in auxilium missurus erat, eos ita in partes dissipatos adoriri iubet, multisque misere trucidatis reliquos praeda onustus Calugam reducit.

24. Kosakos Zapororosky quibus Chricenko imperabat derelicta et incensa civitate Starudub aufugisse.

25. Dominus Sapia Starosta de Uswiaetz in castris venit, qui inter alia hoc etiam narrabat Milites suos in praedictis castris facta inter se conspiratione nuncios suos Calugam misisse, cum mandatis se paratos fore imperio parere si modo ad conditiones quas servandas proponerent iureiurando se obstringere velit I. ut singulis mensibus 50 aureorum solvendo 2 quadrantes praeverteret. II. elapsis 2. quadrantibus, parata iterum pecunia illis satis fiat, nec diu illis exspectandum sit. III. ut Boiaris quia ad S.R.M.-tem defecerunt, in gratiam receptis securitatem promittat. IIII. S.R. M-tis in Polonia amicitiam et pacem quaerat. V. ut praesidia firma, et quot satis est arcibus imponat.

26. Domini Molowsky milites, signa illa militaria quae hostibus in proelio arcem Maisk eripuerunt publice R. M-ti offerunt.

F. 232 v. Eodem die de Turca allatum, Regem Persarum petita Babylonia, totum illum tractum circa Edrom imperio suo subiecisse, Constantinopolim insuper magnis copiis petiturum, unde ingentes ¹⁾ rerum motus in Palestina exorti ^{m)} sunt, Et Turcicum Imperatorem Magno Cham Tartarorum Principi imperasse, ut totis viribus Persarum Regi resistat, sub poena Privationis Regni, et Idem quoque Transylvaniae Woywodae ut relicto Sultano Walachiae auxiliares copias sibi quam primum mittat.

27. Legati a Suprorowsky ⁿ⁾ Kosakis qui munitionem Staradub dictam incendissent in castris adveniunt inter quos primas tenebat Dominus Iskierka.

28. Praedictus Iskierka de incensa munitione Staradub ad S.R.M.-tem refert, et suam ^{o)} militumque suorum affectionem erga S.R.M. declarat.

Sequitur Relatio Iskierka.

Posteaquam S.R.M.-tis literae militibus nostris per Dominum Bogussemsky traditae sunt, habito conventu, summa cum celeritate omnia peragenda rati interdiu et noctu. 30. ista miliaria confecimus, et 15 Martii die proxime Staradub civitatem cum copiis nostris movimus omnique conatu in arcem et munitionem expugnandam incumbimus quae res ita feliciter etiam nobis cessit, ut paucis nostris desideratis statim ea potiremur. Remanebant autem adhuc aliquot aedificia ante aditum ipsius arcis, e quibus se multi adhuc sclopetis

F. 233 r strenue defendebant, Militibus autem nostris nunquam resistentibus aditum interioris partis aliquem nobis faciunt, ut in ipsam tandem munitionem irrumpere poteramus cuius ingressu, cum aliquot tormenta nobis opposita essent, magnam cladem nostri accipiunt et ad 130 vulnere[n]tur, mihi vero ipsi tria militaria signa eriperentur. Kosaki enim nostri non statim murum oppugnare volebant, sed tentare prius volebant, si ad deditionem forte adigi possent. Quod cum

efficere non valeremus quia forte auxilia adhuc ab aliis civitatibus sperabant, nosque insuper omnis generis opprobriis affici et ludificari animadvertimus, dicebant enim se quoque dorsis Polonorum aliquando in Lithuaniam equitare velle, rem tandem vi et armis aggrediendam esse putavimus. Itaque excitato ingenti clamore incendioque civitati illato, magna vi arcem oppugnamus, quod incendium, cum vehementius exarsisset, multi magno clamore sponte se in ignem proliciunt, affirmantes se etiam mortem prius subire paratos esse, quam imperio nostro sublici, Pars tam[en] aliqua eorum ad nos et eam partem, quam ab flammis securiores essent recesserunt. Turrim et quam p) fortem expugnnavimus ubi aliquot tormenta militaria reperimus offerimus praeterea etiam S.R.M-ti V-rae e praecipua eorum nobilitate hosce

F. 233 v captivos Knes Andream Chumocosky qui eiusdem loci Woiwoda fuit, et Georgium Massaglewsky et Hanslam Alexandrowitz Rotmagistrum Gregorium Sneholdobsky, Balararum familia ortum, qui victoriae eiusdem nostrae S. Regiae M-ti V-rae testes esse poterunt, humill[is]ime S.R.M. V-ram deprecantes, ut eos clementi animo recipere, et simul Tecum animo reputare dignetur, qua virtute potissima illa civitas quae huc usque invicta permansit, a nobis tandem superata sit.

29. Nunciatur Dominum Homisky Camerarium Kyovien. Castrum Szernichaw, cum oppido incendio tradidisse indeque cum quibusdam discessisse, Muscovitas autem ibidem habitantes in arces et oppida se contulisse, quibus auditis Rex iussit praefato Camerario et aliis iniungi, ut Moscovitas in posterum clementer et non ita duriter tractarent.

30. Multi Muscovitae se de muris dimittebant, ut nivem de foramine a militibus facto, removerent, ne nivium resolutio vallis murosque noceret, Animadvertens idipsum Capitaneus de Szath incontinenti milites aliquot germanos slopettis illos impetere iubet satis foeliciter processit praeterquam quod q) unus tantum militum pede bombarda laesus sit. Eodem die nunciatum, milites ex alteris castris 15.

F. 234 r Martii omnia instrumenta bellica in Urbem Ossiponam transtulisse. r)

31. Martii Woywoda Inpowiens et princeps Ozerkaw, cumque illis aliquot nobiles, quos Bolaros vocant, ad Regem veniunt, petentes se pro subditis recipi, et se a vi insolentium defendi. Rex promisit, illisque duos adiungit, qui illos ab impetu voluntariorum tuerentur, mandavitque si quis illis molestus esset, Campiductori sine ulla mora iudicarentur.

Vespere s) eiusdem diei Dominus Sporowsky cum Principe Kasimowsky ad Regem venit.

5. Aprilis Dominus Sporowsky supplicationem R. M-ti exhibuit, suam t) et militum suorum affectionem erga S.R. M-tem declarat, petensque ne u) ipse et milites sui necessitate deserentur, Quibus Regni Poloniae vice Cancellarius respondit, S.R. M-tem erga illum optime affectam. De auxilio autem ferendo consultationem in proximum relici. Circa vesperam eius diei per angustam portam multi Moscovitae exibant pro removenda nive sed animadversi a militibus Germanis multi Bombardis perire: Nostri autem mansere immunes, nisi quod praefectus militum tormento

F. 234 v fuit tactus sed ex castris nostris tormentis Moscovitae impetebantur.

2. Privata consultatio v) apud campiductorem habebatur.

*) *Hoc documentum, cuius textus primus ignotus manet, videtur iam in origine pessima latinitate conscriptum esse, ex defectivo apographo male transscriptum, ita ut praesertim nomina propria aliter et aliter scripta, vix cognosci possunt.*

- a) *sic Ms.*
- b) *provenisset Ms.*
- c) *Balatinum Ms.*
- d) *propessa Ms.*
- e) *sic Ms.*
- f) *acculte Ms.*
- g) *nocreat Ms.*
- h) *caligam Ms.*

- i) *calonum Ms.*
- j) *incaustius Ms.*
- k) *iteram Ms.*
- l) *ingenti Ms.*
- m) *exerti Ms.*
- n) *sic Ms.*
- o) *suum Ms.*
- p) *quem Ms.*
- q) *germanis... quod add. in marg.*
- r) *sic Ms.*
- s) *Vesperī Ms.*
- t) *suum Ms.*
- u) *nec Ms. corr.*
- v) *consulatio Ms.*

N. 63

*Goldingae, 21 Aprilis 1610
(st. vet.)*

Guilelmus dux Curlandiae

ad Robertum Cecil

rogat ut rex Angliae "notorium hostem" ab aggressionem

Curlandiae retineat

F. 236 r Illustrissime et Generosissime Comes Domine amice singulariter dilecte et honorande.

Salutis plurimae comprecatione, studiorumque officiosae voluntatis nostrae commendatione praemissa, Jam ex literis Ill-mae D-is V-rae quam ex re ipsa satis superque perspeximus, ipsam hoc agere, ut suam erga nos benevolentiam nobis confirmatissimam reddat. Quantopere id nobis gratum accidat, nos vicissim non verbis, sed mutuis officiis demonstrare omnino malle, si infaustus rerum huius loci status ad eam curam contentionemque nos pervenire pateretur. Verum quibus hic in salebris adhuc volutemur, exerceamurque Illustrissimae Do-i V-rae non est incognitum. Speraveramus quidem S. Regiae M-tis Britannicae auctoritatem apud notorium harum terrarum hostem hoc obtinuisse, ut a nobis, qui ut a causa belli, sic etiam ab animo offensae absumus, hostiles molitiones averteret; sed nobis ex Belgico et Saxonia Maritima significatur, ipsum ex iis locis navigantibus per extremas minas interdixisse, ne quis cursum suum huc convertat. Velle enim se Curlandiam aggredi: Quod si quis vel in mari huc cursurus, vel in portu aliquo huius littoris deprehensus fuerit; Istum non solum amissione navis et mercium; sed et vitae punitum iri. Harum comminationum proclamata satis ostendunt, quid propositi erga nos habeat. A nobis vero ad id causam, quam evitare possemus, nullam dari manifestum est; Quod autem ratione fidei, famaеque nobis incumbit, cum nullius periculi metu intermittere nos deceat, facile Ill-rissima D-io videt, quomodo inter sacrum et saxum /: quod dicitur /:

F. 236 v stemus. Et quanquam constet, nihil nos offensive egisse, nec agere: tamen indignationem nimis hostilem esse minarum atroci-

tas indicat. Cum vero eam spem exuere nequeamus, Si denuo a S.R. M-te Britannica nostrâ causâ compellaretur, ipsum ab hostili suo proposito discessurum, iterum atque iterum Ill-mam D-m V-ram diligentissime rogamus, ut hoc ipsum apud S.R.M-tem obtinere non gravetur. Quia vero nusquam tuta fides, et hoc si innotesceret, osoribus calumniandi ansam praeberere posset; pro fiducia nostra Ill-mam D. V. amplius et hoc necessario oramus, ut promovendo huic negotio eam rationem adhibeat, ne quid huius forte divulgatum malevolorum virulentia arripiat, idque per calumniam in perniciem nostram distorqueat. Quae enim est Ill-trissimae D.V. excellens prudentia, probe novit, qualiter in eiusmodi casibus et per se non reprehendenda pessime ex livore pervertantur, et traducantur. Ita erga nos favori Ill-trissimae D. V-rae commendamus, ut hoc etiam ipsi curae fore tuto confidamus. Ipsam diutissime salvam et incolumem divinitus conservari ex animo optamus. Datum Goldingae 21 Aprilis stylo vet. Anno 1610

Illustrissimae Do-is V-rae,

Ad mutuae benevolentiae officia semper studioseque propensus
amicus et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Churlandiae et Semigalliae
Dux

Wilhelmus. m.p.

In dorso: Illustrissimo et Generosissimo D-no Roberto Cecyl, Comiti Salisburiensi, Magno Britanniae Thesaurario, ac privati eiusdem Regiae M-tis Consilii Consiliario nec non praenobilis ordinis garterii Militi, amico nostro inprimis dilecto et honorando.

Alia manu: 21 April 1610. Duc of Curland to my Lord.

N. 64

Gedani, 24 Septembris 1610

*Proconsules et Consules Gedanenses
ad Iacobum I regem Angliae
de studio ad libellum quoddam famosum supprimendum*

F. 238 r Serenissime Potentissimeque Rex ac Domine, Domine Clementissime.

Cum ex literis Ser-mae Regiae V-rae M-tis quas Generosus Patri-cius Gordonius nobis hesternâ die reddidit, tum ex viva eiusdem oratione luculenter cognovimus, quam benignam in partem Ser-ma Regia V-ra M-tas interpretari dignata fuerit studium nostrum, quod in supprimendo libello quodam famoso et in hanc urbem antehac delato adhibuimus. Qua quidem in re, ut ad nostrum et cuiuscumque cordati Magistratus officium pertinere duximus, non modo de summis Principibus ac praesertim de universa Republica Christiana praeclare meritis, optime sentire, sed etiam malignorum hominum, quicumque pessimis

artibus honori ac dignitati illorum detractum velint, impedire conatus; ita gaudemus operam hac in parte a nobis praestitam iudicio Ser-mae Regiae V-rae M-tis clementissime probatam fuisse, eoque solo contenti esse merito debuimus. Quod tamen Ser-ma Regia V-ra M-tas quaecumque officium nostrum etiam Regio suo encomio et praeterea gratiarum quoque actione dignum existimavit, hoc ipsum clementissimo Ejusdem erga nos favori ac innatae benignitati potius quam ullo merito nostro ascribimus; proque singulari clementissimae erga nos voluntatis propensione Ser-mae Regiae V-rae M-ti gratias, quas par est, agimus maximas, et eandem ut erga nos et cives nostros in Regnis Magnae Britanniae negotiantes perpetuo conservare dignetur, obnixi et demisse rogamus. Non defuturi vicissim partibus nostris quin erga Ser-mam Regiam M-tem humilima obsequia nostra, Ejusdemque subditis cum universis, tum iis praecipue, quibus negociorum suorum causa apud nos versari placuerit, studia nostra quacunque oblata occasione testemur. Caeteroqui quod ad ipsum autorem dicti libelli attinet, operam nostram Generoso Patricio Gordonio, si qua eum in re iuvare possimus, haud gravate detulimus, et quod reliquum est Ser-mae Regiae V-rae M-ti diuturnam ac Regiam incolumitatem cum felicissimo Regnorum suorum regimine coniunctam ex animo precamur, nostraque promptissima obsequia etiam atque etiam submisce commendamus. Datae Gedani die 24 Septembris Anno D-bi 1610.

S.R.V. M-ti

Addictissimi

Praeconsules ^{a)} et Consules civitatis Gedanensis.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino, Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei Defensori, etc etc etc, Domino nostro Clementissimo.

Alia manu: 24 Sep-is 1610. To the Kings Ma-tie from the Senate of Dansken concerning an infamous booke divulged in those partes.

a) sic in Ms.

N. 65

Goldingae, 13 Octobris 1610

Guilelmus dux Curlandiae

ad Robertum Cecil

de hostium [Suecorum] invasione ob propriam [erga regem Poloniae]

« fidem ac feudatorium officium » conqueritur; falcones dono mittit

F. 240 r Illustris et Generosissime Comes Domine amice singulariter dilecte et honorande.

Salutem plurimam Illustri Do-i V-rae exoptamus officiosaeque voluntatis nostra prom[p]ta studia commendamus. Nihil nobis gratius Ill-tris Do-is V-rae literis esse potuit ex quibus abunde intelleximus, quam integre id, quod quidem summopere expetimus, at aliis demerendi occasionibus destituti, hoc unico medio, quod inter dissitos ami-

cos in usu est, assequamur, videlicet ut Ill-tris Do-is V-rae in nos benevolentia sarta, tectaue nobis conservetur. Quo nomine Ill-tri Do-i V-rae quantas possumus gratias agimus. Quam vero S.R. M-tatis Britannicae D-ni Agnati nostri clementissimi gratiam ex ea provisione et opera, quam indemnitati nostrae impendit, luculenter percipimus, sic hanc unicam gratiam omnibus omnium favoribus longe anteferimus, tantumque ei nos debere, quantum persolvere haud potis sit nostrae ingenue profiteamur. Sed quod cladem nostram, quae ex sorte belli in nos exundat, et hostiliter sine fine exercetur, nos culpa propria suscitare praetenditur. Id quidem a parte hostili non aliter obiectari primum admodum est existimare, sic enim tali fato fieri solere, ut quod ratione devinctae fidei feudatarique officii intermitteri honeste nequaquam potest, in talem reprehensionem trahatur, non ignoramus. Verum ut nobis ipsa honestas, quae in fidei famaeque integritate consistit, potior omnibus fortunis, vita quoque ipsa gratior esse debet, sic ab officio fidelitatis nunquam discessuri, sortem nostram a manu Omnipotentis positam esse et servatam iri minime dubitamus.

Hac praeterita aestate hostis multo crebriores in nostra littora excursions et direptiones fecit quam unquam antea, etiam ince[n]diis grassatus est, donec vi tempestatis autumnalis abigeretur. Ad Deum protectorem confugimus. Caeterum sol[ic]iti quo indicio animi nostri studium

F. 240 v Ill-tri Dn-i V-rae ostendere queamus, ne notissimam huius Provinciae calamitatem allegemus, vel quodcunque tale. Cum Ill-tris Do-is V-rae in nos amoris et benevolentiae aestimatio apud nos ea sit, ut haud facile condignam repensam reperturi simus attamen cum relatum nobis sit, Ill. Dom. V-ram Falconum solertia delectari, credidimus eorum transmissionem ipsi non ingrati fore. Idcirco mandavimus Falconario nostro ut Ill-tri Do-i V-rae octo Falcones selectos nostro nomine tradat, ac licet hoc perquam exiguum sit; tamen de humanitate Ill-tris Do-is V-rae eximia nobis pollicemur, ipsam non tam ad exilitatem exhibiti, quam ad prom[p]titudinem animi nostri respecturam. Quae ut in florentissimo rerum omnium statu salva et incolumis divinitus diutissime conservetur ex omni animo optamus. Datae Goldingae 13 Octobris Anno 1610.

Ill-tris Dn-is V-rae

Ad mutuae benevolentiae officia semper studioseque propensus amicus et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia, Churlandiae et Semigalliae Dux.

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustri et Generosissimo D-no Alberto (*sic*) Cecil, Comiti Salisburiensi Magno Regiae M-tatis Britanniae Thesaurario et privati eiusdem M-tis Consilii Consiliario nec non prenobilis ordinis Garterii militi, amico meo singulariter dilecto et honorando.

Ala manu: 13 Oct. 1610. Duke of Curland to my Lord.

Gedani, 29 Octobris 1610

*Patricius Gordon**ad Iacobum I regem Angliae**de libello diffamatorio a Patribus S.I. Brunsbergae provenienti; de Moscovia a Zółkiewki capta, de principe Vladislao in monarcam Moscoviae electo; de metropolitae [Philareti] ad regem Poloniae adventu; de belli causis remotis*

F. 242 r Sir, Your Majesties lettre of thankesgewing to the Senate of Danskin for suppressing of the infamous book divulgated in these countreys was so thankfullie accepted, that they esteme them selves perpetuallie bound to serve your Majestie for such gracious opinion conceived of them and great favour offered unto them. They have promised al diligence to assist me in searching the authour, as ther owne lettre wil testifie. The cause of dilation hithertil was the absence of the stationer, who solde the first copeis heir. Being now returned from Germanie he hath declaired that they war send to him from an other stationer of Brunsberg, called Bretter Who is under the iurisdiction of the Bishope of Warmia. Where thorow (the King of Polland being absent) farther inquisition wil require longer tyme nor your Majestie expected. Robert Abercrombie an old Jesuite of Brunsberg (who sundrie tymes hath entyced young gentlemen scholers from Scotland, and ar now broght up in his scoole) before my comming hither, pressed to purge him self, so far as he could, by his lettre to the Deputie of the English companie at Elbing. An other, called Andrew Loech (authour of an infamous book against al Scottish traficquers in Polland) is also heirin suspected. Such like, I am informed by divers honest men that an other English Jesuite called Father Fludde, who frequented the Colledge of Brunsberg, was the last yeare heir in Danskin myndful (as he said) to go toward Italie, but he changed his habite and tooke journie toward England. If none of these thrie be the authour, they ar at least suspected to have bene informers of the fourt, an Italian Jesuite of Brunsberg. Wherof I could not pretermit to advertise your Majestie until farther knowing ^{a)} of the certaintie. Wherin al diligence shalbe used and your Majestie truelli informed.

Further, the present estate of Polland is verie peaceable. The king with one armie continueth the siege of Smolenskie. Solicovius ^{b)} his General lyeth with an other armie at the toun of Moschowe and hath caused the inhabitants to sueare the oath of fidelitie to the Prince of Polland, Vladilaus. Wherethrow (seing both Suskius and Demetrius competitivours have desisted from aspyring to the croune) the Patriarche of Moschowe is come Ambassadour to the king of Polland, to entreate of perpetual peace and to offer the Moschovitish empire hereditarie to his sone the Prince, With condition it be no wayes subiect or annexed to the croune of Polland. How sone tyme shal trye the event, the trueth shalbe written to your Majestie.

The cause of these warres is pretended, that Basilius great Duke of Moschovie the yeare of God 1514 did wrangouslie take the toun, castle, and whole countrie of Smolenkie from the Polonians, which they had possessed ane 100 yeares afore by continual succession from Vitoldus Duke of Lituania, who first did conquire it, and mald it jure belli here-

ditarie. If the holie Liga have anie other intention, it wil shortlie reveale it self.

Diverse relations ar made, but I wil not affirme anie thing as yet incertane.

F. 242 v. So humelie praying your Majestie to continue gracious toward me your Majesties faithful servitour, and wishing your Majestie an long and prosperous reigne, I most humelie take my leave.

Your Majesties
Donsken the 29 humble and faithful servitour

of October 1610 Patrik Gordon.

In dorso: To the King his most exellent Majestie, My moste gracious Soverane.

Alia Manu: 29 Oct. 1610. Patrick Gordon to his Ma-tie from Danskin.

a), b) *Sic in Ms.*

N. 67

Goldingae, 1 Novembris 1610

*Guilelmus dux Curliandiae
ad Robertum Cecil
eum in compatrem ad filii sui neonati baptismum invitat*

F. 244 r Illustris et Generosissime Comes, Domine et amice singulariter dilecte et honorande.

Salutis perennitatem Ill-tri Do-i V-rae ex animo optantes, officiosae voluntatis nostrae prom[p]ta studia eidem deferimus. Et cum in eo abunde iam confirmati simus nobis de Ill-tris Do-is V-rae solida in nos benevolentia minime dubitandum esse, merito de ea nobis gratulamur et quaevis amicitiae officia pollicemur. Ac licet in demerendi contentione nos longe retro relinqui cernamus: tamen cum id non vicio mentis, sed culpa fortunae, quae minus parcam se nobis in suppeditanda facultate praebet, fieri palam sit, solamur nos constantia favoris vestri, quo hactenus frui nobis concessum. In hac igitur certissima confusione caelare Ill-tem Do-em V-ram non possumus, quod divinae benedictionis munere ex Illustrissima Principe, Domina Sophia de stirpe Marchionum Brandenburgensium, in Prussia Ducum, filiolum susceperimus, qui 28 die Mensis Octobris praeteriti natus est: pro quo divinae bonitatis dono gratias agentes, quod nostri nunc est officii, Infantulum hunc nostrum Christo Salvatori per sacrosanctum Baptizmati offerendum et inferendum curaturi, eam ad rem diem 16 Decembris mensis proximi, favente Deo, decrevimus. Et quia de more Christianae Ecclesiae ad perfunctionem huius sacri muneris testes et compatres requirantur, Ill-trem Do-em V-ram exoratam cupimus, ut huius filioli nostri ex Sacratissimo Baptizmati fonte susceptor esse ne dedignetur. Vtque etiam de hac ipsa re impensissimam obsecrationem nostram apud S.R.M.-tem Magnae Britanniae Dominum et affinem nostrum

F. 244 v. Clementissimum pro sua primaria autoritate et syncera in nos benevolentia promoveat, amanter officioseque rogamus. Et sicut non dubitamus quin Ill-tris Do-io V-ra pro suo in nos faventissimo animo huic nostro voto suffragatura nosque eius sit compotes radditura, Sic vicissim omni conatu in id incumbemus, ut nostrum referendae gratiae studium testatum faciamus. Ill-trem Do-em V-ram divinae protectioni salvam et incolumen diutissime conservandam ex omni animo commendamus. Datae Goldingae 1 Novembris Anno 1610.

Illustris Do-is V-rae

Ad mutua benevolentiae officia semper studioseque propensus
amicus et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Illustri et Generosissimo Domino Alberto a) Cecyl Comiti Salisburiensi Magno Regiae Ma-tis Britanniae Thesaurario ac privati eiusdem Regiae M-tis Consilii Consiliario nec non praenobilis ordinis Garterii Militi, Amico nostro inprimis dilecto et honorando.

Alia manu: 1 Nov. Duke of- to his Ma-tie.

a) *sic in Ms.*

N. 68

Melvin 29 Novembris 1610

Thomas Chamberlain

ad Robertum Cecil

de regis Poloniae a Smoleńsk Wilnam regressu;

officia propria commendat

F. 246 r Right honorable and my singular goode lorde, presentinge my poore observations unto your good lordeship touching Russia, the king of pollands resolutione for this parlament at Crocko is alltered but now uppon his returne from Smalenskia unto Litva unto a towne caled the wild, with the Russe coemissionars, he returned with his servants and some smale gard with him leaveinge his army at Smalenskia, coemanded by his general Pobolsky and Corkviche. a) the towne of Sma-lenskia not being tacken in, the place nowe of his parlement is to be at Worssa afterwards to returne unto Smalenskia, leaving money and new forsses, it yt pleases your honor to employe me backe agayne, I shall be redy. I have letters of Coemendatione from the kinge of Poole to give me sufficient Credite to the pope or any Catholicke prince or state what soe ever. I have thought one a Coursse to employe my self if your honor please, which maye prove of noe meane consequence, that frist I will goe to Brussels and there mete with M. Harye Tirone and insenewate myselfe thare to either poysons, or pistole him, and afterwards to find out M. Hen. the father and to fitt him in licke maner, uppon my liffe if you be pleased to employe me I will performe yt,

whearin I shull doe God and his Maiestie good service. I dissier nothing until I have douned it. But that I maye have some .C. lbs. sent me, to beare my charge in travell, I gave you some touche of the Irishe which if yt be held in, I maye the saffer goe one in theise busenesses.

F. 246 v. There are many Scots heare in pole that speacke strongly of our natione, and one amongst the rest sayed he hoeped to see a daye. I asked him his reasone, he tould me if yt weare soe, he would remember you, for Essexs sacke, but I thincke he never saw Essex or your Lordeshipp nor that ever was in England, theise Scotts for the most parte are height landers men of noe credit, a Company of pedeling knaves, as the better sorte that are with his Maiestie, I knowe theayer worthe and lioalltie suche that theay thincke not any Idell thought. But Certaynely the papists have some greate plote in hand what soe ever yt is, and if my service or liffe may attayne unto any thinge that shall any waye concerne his Maiestie or state I will be redy to do your honor all the service I can, to my othermoste. If your honor please to send me money unto Melvin unto M. Cockan the Alderman's Brother, I will theare attende your letters and derictions wishing yt with spede, so restinge at your honorabell comand In all dewetye. Melvin the XXIX-th of November

Your honors trewe servant

Tho. Chambelayne.

In dorso: To the Right Honorabell The Earle of Salisbury Lord Height Treasurer of England give thise.

Alia manu: 29 November 1610. Thomas Chamberlaine to my Lord from Melvin.

a) *sic in Ms.*

N. 69

s.l. [1610]

Ignotus

ad ignotum

de rebus adversis in Polonia quae « Iesuitarum consiliis » adscribuntur

F. 248 r De Polonia sic se res habet. Moscovitae cum vires Poloni hactenus riserint, simulant spontaneam deditionem, Ducem petunt Poloni fillum, natu minorem: Ille diffidit primum, postea consilio suorum usus, consentit, ita tamen ut quia fieri nequeat satis tuto ipse cum satis valido exercitu ad fines Moscoviae subsequitur in omnem fortunam asperiozem, si forte filio aliquid hostile accadat, paratus. Moscovitae laeti veniunt ad fines, magna cum pompa acceptant, filium regium promittunt hunc sibi Ducem fore, si tamen Rex ab armis discedat. Ille recusat, itaque non sine iurgio discessum cum tamen filium Regis iam duxerunt, et in sua potestate haberent, conjiciunt ipsum in vincula, in quibus ad hunc usque diem detineri dicitur. Et ne quid Polonus possit tentare, et ipsi adsunt, cum maximo exercitu, regem circumvallunt, passus, uti dicunt, impe-

diunt, milite implent ut egregius ille obsessor iam cum tanto exercitu obsessus teneatur. Interim tanto aere alieno laboratur in Polonia, tanta est stipendiorum etiam quotidianorum penuria ut nihil supra; Exercitus illi qui regem subsequi debeant, hostilia omnia in ipsa Polonia exercent. Telonia regia occupant, red[dit]us regni quasi iure arresti ad se trahunt propter stipendia sibi a multis annis debita. Imo usuras et usurarum usuras exigunt, sibi ipsi numerant, et labore illo quaestores et Publicanos regios sublevant; interim non nihil in Pomerania metuimus, ad 20,000 militum istorum Rockasinarum finibus nostris propter imminent Bubomum et Lawenburgum, quod nisi prudenter cum illis agitur forte an hostile aliquid tentare possint, interim quid fiet de rege Polonia? Is miser obsidetur, ut dixi, et forte Captivus fiet, omnibus Regni nervis destitutus. Hem eo reciderunt calida et callida ista Jesuitarum consilia cum suo fatuo demetrio: hinc enim ut notissimum est omnium calamitatum origo.

In dorso: Aviso di Polonia.

N. 70

Varsaviae, [1620]

*Ignotus (missus ducum Mecklenburgiae)
ad regem et ordines Poloniae et Lithuaniae;
Oratio pro Guilelmo duce Curlandiae, regis Poloniae vasallo
in suas terras restituendo*

F. 250 r Illustrissimi, Illustres, Magnifici, Generosissimi, Domini delegati, domini gratiosissimi. Cum hoc tempore Celsissimi et Ill-mi Principes et Domini, Dominus Adolphus Fredericus, et D-nus Johannes Albertus fratres, Duces Megapolitani, principes vetustae gentis Venetae, Comites Sverini, Rostochensium et Stargartiorum domini, Domini mei clementissimi, miserabilem causam et casum Wilhelmi Ducis Curlandiae exulis, qui ob neglectum processus rigorem, suorumque ignorantiam, negligentiam et malignas machinationes Ducatu suo privatus, et possessionibus terrarum suarum exutus esset, S. R-ae M-ti regni Poloniae, magnique ducatus Lithuaniae statibus et Senatoribus commentare, suae intercessionis restitutionem ejus plenariam in hoc regni generali conventu procurare voluerint, idem legationis munus ad augustissimum hoc nunciorum terrestrium collegium, ut ex litteris fidei antehac Ill-tri D. Marescallo exhibitis videre licet, destinarunt. Ideoque V-ris Celsit., Ill-tatibus et Mag-cis non solum quam plurimam salutem, prosperitatem, cum voto felicitatis, benevola et amica studiorum et officiorum oblatione denunciant, sed etiam in causa cognati sui exulis principis vestro favori instant, ut extorris et miser princeps humeris vestris ad thronum clementiae et gratiae portari, vestris alis contra justitiae rigorem defendi, vestrae intercessionis ad pristinum statum, dignitatem et honorem decreto horum comitiorum publico pervenire possit, ut non solum ei hanc calamitatem detraxisse, sed dignitatem quoque eis auxisse videamini. Quod cum antehac factum, ut nunc perficiatur, optant, rogant.

Duo vero in medium hujus augustissimi conventus proferam, quae et justitiam et aequitatem seu potius misericordiam, itemque amicam affectionem, benevolam commendationem et intercessionem vestram

apud Sac. R-am M-tem exuli principi conciliare possint. Adeste animis, favete votis, vestrisque suffragiis deplorandum hunc casum sublevate. Gothardus pater exulis principis primus Curlandiae et Semigalliae Dux a Sigismundo Augusto cum amplissimam Livoniae provinciam regno Poloniae cesserat, solenniter cum omni imperio et jurisdictione investitus est, aequali cum Marchione Brandenburgensi in Ducatum Borussiae dignitate et praeeminentia. Hoc imperium et jurisdictionem vivente Duce Gothardo omnes subditi tam nobiles quam plebei debita subjectione agnoverunt, feudorum investituram ab eo acceperunt, eorumque nomine servitia militaria praestiterunt; quibus Dux Gothardus, qui alias quamplurimas consensu provincialium factis constitutionibus suam decoravit Rempubicam, maxima quoad alienationem et successionem honorum concessit Privilegia, quae Divus Stephanus regio diplomate approbavit. Hic Gothardus e vita discedens duos filios Fridericum et Wilhelmum ultimae voluntatis elogio in solidum aequali superioritate et praeeminentia instituit.

F. 250 v. Cum vero Dux Wilhelmus junior esset, Fridericus suo fratrisque nomine praevio fidelitatis juramento, solemnem Ducatus Curlandiae et Semigalliae investituram cum vexilli apprehensione accepit, ita tamen ut Wilhelmus ad legitimam perveniens aetatem juxta diploma regium se Regi, regnoque fidelitatis juramento obstringerent, quod et impedimentis sublatis factum. Interea Dux Fridericus et fratris nomine Ducatum gubernavit ut Vasalli et subditi utrique Duci solemni homagio sese obstringerent, conventus publici et in illis recessus decreti utriusque nomine celebrarentur, promulgarentur. Cum vero Wilhelmus aequali cum fratre jure et dignitate gubernacula Ducatus juxta tenorem paterni testamenti adiisset, conventum est inter fratres, ut quilibet in suo territorio a patre assignato subditis vigore legum et consuetudinum antiquarum feuda conferre atque in emergentibus incidentibus negotiis et litibus justitiam administrare. Interim vero simul et conjunctim sub supremo R-ae M-tis magistratu plenariam pro indiviso exercerent administrationem.

Causae vero ipsum Ducatum spectantes, sicut et judicia provincialia, ut consilio et impensis utriusque principis alternis vicibus peragerentur. Quod si quis in unius aula se gravatum censeret, ut is ad utrumque principem appellationem interponeret. Hae fraternae pactiones communis et indivisae administrationis investiturae regiae et paterno testamento conformes, in Comitibus Varsaviensibus anno 1598 celebratis, in omnibus capitibus pro justis declaratae sunt. Annon igitur justum, si quod pacta fraterna a R-a M-te confirmata loquuntur, Dux Wilhelmus usurpavit, suis jus dixit, nec ab iis quae placuerunt, quaeque regia voluntate concessa sunt, discessit. Sed ecce Vasalli et subditi quidam Ducis Wilhelmi quorum patri Dux Gothardus quam plurima contulerat beneficia, privatum odium ex privata cujusdam Buttleri causa adversus Ducem et dominum suum conceperunt, quod is secundum dicta regiminis confirmata pacta appellationem ad utrumque principem admisisset.

Haec isti Ephori gratissimi, Ilias malorum, fons omnis miseriae et calamitatis, quod Dux Wilhelmus juxta fraterna pacta rite justitiam exercere voluerit. An vero in eo quicquam peccatum, quod jure concesso et regia voluntate factum, illud reprehensione caret? Quae quaeso hic dismembratio Ducatus fingi poterit? Nunquam illa facta est, nec fiet. Vterque Dux non aliter jurisdictionem, quam secundum fraterna pacta

regio rescripto corroborata, exercult, feuda ratione bonorum et domicili subditis uterque concessit, iudicia provincialia uterque habuit, conventus publici utriusque nomine alternis semper vicibus peracti, nisi forte unus altero fratre absente vel bello Livonico occupato, in ipsis belli difficultatibus utriusque in nomine conventus indixerit. Sed Duces in ipsa belli calamitate quosdam Vasallos experti sunt, qui contra feudorum et antiquam consuetudinem servitia militaria praestare recusarunt. Potuissent Duces Curlandiae subditos

F. 251 r hosce immorigeros suo imperio et jure uti, sed uti natura sunt lenes, benigni et placidi, a rege potius quid facto opus esset, consilium expetierunt. Responsum equidem illis est a S-a R-a M-te, ut contra autores suo imperio et officio uterentur, sed Duces paterno affectu moderatiorem secuti sunt viam, ut si quae essent vera nobilitati gravamina, conventu publico tollerentur.

Interea Livonia bello ardere coepit. Dux Fridericus suas copias ultra Dunam Castris Polonicis et Lithuanicis conjunxit. Wilhelmus vero, qui itidem cum suo exercitu se castris regis conjungere voluit, ob hostilem classem Windoviam invadentem oramque Curlandiae depopulantem retrocedere coactus est, ut hosti resisteret. Atque cum hostis ad Dunamundam castra habens Rigam obsidione cingere conaretur, Dux Wilhelmus e regione Dunamundae sua castra hosti opposuit. Cum vero virtute Polonorum et Lithuanorum hostis disiectus est, ut ad arcem Weissensteinum Castra figerent, uterque Curlandiae dux, tam Wilhelmus quam Fridericus, eo suos equites, et in sequenti hieme ad expugnandam Dorpatum tam equites quam pedites miserunt. Posteaquam vero denuo hostis classica manu Curlandiae immineret, Dux Wilhelmus suos subditos et Vasallos ad expeditionem bellicam et patriae defensionem, etiam sub honoris et bonorum amissione, ut in tam subitanea belli tempestate fieri assolet, conbocavit, sed pauci admodum praesto fuerunt. Quae etiam causa fuit, ut tum temporis hostis militari manu Windoviam occuparet, nihilo tamen minus Dux Wilhelmus, ut regi regnoque fidelis esset, ut hoc malum a suis ditionibus averruncaret, ut subditos defenderet, quantum potuit, collegit, anno vero insequenti subditis et Vasallis Goldingam conscriptis tria militum vexilla in campum eduxit. Hisce autem expeditionibus Dux Wilhelmus et interfuit et praefuit.

Ex his, Illustrissimi, Illustres, et Magnifici Viri, heroes fortissimi, iudicium vobis relinquitur apertum, qualis Duci Wilhelmo tempore pacis bellicae concessa sit jurisdictio; quodve Dux Wilhelmus vitam et fortunas pro salute huius regni, magnique Ducatus Lithuaniae profundere paratus fuerit.

Sed multis jam annis unus et alter, qui omnem reverentiam et obsequium Duci Wilhelmo jure subjectionis et elogio paterno praestare tenebantur, jurisdictionem ejus subterfugiebant, ejusque imperium in dubium trahebant, feuda largiter a Duce Gothardo concessa juxta Curlandiae morem, per investituram recognoscere recusabant, atque eum a regimine Ducatus in quo tamen a S. R.M in solidum investitus est, excludere satagebant. Ideoque non tantum fidem ejus dubiam et suspectam reddiderunt, regiumque odium ei conciliarunt, quasi Regale Ducatus Curlandiae et Semigalliae feudum divisisset, sed etiam cum per alios maleferiatos Noldii caesi essent, non jussu, nec mandato Ducis Wilhelmi licet inconsulto animi impetu et errore a se non factum in se receperit condemnatus suae possessione exutus est.

F. 251 v Quamvis autem ex praefatis causae iustitia quodammodo demonstrari possit, attamen eum longe consultius Duces Megapolitani ducerent, ut sopita tota causae controversia, ira et indignatio Regia, cum Dux Wilhelmus multis jam annis in miseria, calamitate et horrido exilio, duram poenitentiam agendo huiusmodi vitam duxerit, in gratiam et clementiam controvertatur, atque publico horum comitiorum decreto Dux Wilhelmus in patriam revocetur, et vobis vestraeque Reipublicae restituatur, a S.R-a M-te regnique ordinibus supplicii oratione petierunt, ut in hominis miserrimi fortunis misericordiam adhibere vellent, quo aditus regiae gratiae ei rursus reseratur, et in tuto pristinae fidei portu subsistere possit. Errorem agnovit Dux Wilhelmus, errati veniam a S.R.M. petiit, delicti et generosi lapsus liberationem et condonationem desideravit.

Nec Duces Megapolitani diffidunt, quin supplex nomine Ducis Wilhelmi facta deprecatio Sac. R-am M-tem regnique status ad imploratam clementiam commoverit. Quo vero certo certius in sinum gratiae ex quo lapsu humano excidit, recipiatur, V-rarum Celsit. Ill-tatum et Mag-carum favor, autoritas, commendatio, intercessio apud S.R.M-tem necessaria est, ut exuli principi ad impetrandum reditum molliorem post tot calcatas calamitatum spinas piam reddere, et sui interventu libram gratiae regiae inclinare velint. Dux enim Wilhelmus humano errore prolapsus exploratissimum Regiae veniae implorat remedium, ut post tot annorum toleratum exilium optati contingant affectus, ejusque miseria et calamitas misericordiae regiae oculis respiciatur. Cum vero pro amico intercedere etiam tum decorum sit, quando spes veniae atque fortuna Polonorum non habeat majus, quam ut possint, nec natura melius quam ut velint quamplurimos conservare, Celsis. Duces Megapolitani Cels. Dom-es, Ill-trates et Mag-cias V-ras obnixae orant atque obsecrant, ne Dux Wilhelmus indigne pereat, neve indesinentem extremae poenitentiae poenam sustinere cogatur. Sed redeat potius intercessione vestra, et in pristinam possessionem terrarum suarum plenarie restituatur.

Vincite aequitate et misericordia, flectite animos vestros ad eam commiserationem in aliena causa, quam quisque optaret in sua. Exemplum Ducis Wilhelmi ad omnes pertinet, quod si non emendetur, aut tollatur, in futurum praebebit documentum, nocumentum. Perpendite etiam, quod Dux Wilhelmus sit frater vester, vester est vicinus, adfinis, consanguineus et amicus, idcirco a vobis non deserendus, non opprimendus, sed juvandus, erigendus, qui et alios vestra intercessione servastis. Hanc singularem V-rarum Cels. Ill-tatum et Mag-carum gratiam, benevolentiam et affectionem princeps exul perpetuis officiis demereri studebit. Imo fide et constantia ad eluendam erroris commissi maculam, infracto animo debitae gratitudinis declarationem trinstabitur, factaque restitutione, quamprimum aliquas vires colligere possit, turmam equitum Castris Polonicis contra Turcam conjunget, Mei v. Principes clementissimi sicuti plane confidunt hunc intercessionis ad S.R.M-tem favorem a Ill-tatibus et Mag-cis Vestris obtinuerit, omni officiorum, benevolentiae et amicitiae genere, omnique tempore V-ris Cels., Ill-tatibus et Mag-cis devinctos reddent et obstringunt *)

Dixi.

*) *Diversa huius orationis recensio v.*
N. 71

[Varsaviae, 1620]

*Ignotus, gente Livonus, missus ducum Mecklenburgiae
ad regem et ordines Poloniae
Oratio pro Guilelmo duce Curlandiae in favorem regis Poloniae
restituendo*

F. 252 r PRAEFATIO

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Clementissime, R-dmi, Illustrissimi, Illustres, Magnificentissimi, Domini gratiosissimi, Celsissimi, et Ill-mi Principes et D-ni; D-nus Adolphus Fridericus et D-nus Johannes Albertus fratres, Duces Megapolitani, principes vetustae gentis Henetae, Comites Sverini, Rostockiensium et Stargardiorum domini mei clementissimi, plurimam S-ae R-ae M-ti, regnique ordinibus salutem, incolumitatem, felicem omnium rerum et bellorum, praesertim contra immanissimum Christianorum hostem Turcum successum, cum voto prosperitatis, et reverenti atque amica studiorum a) delatione denunciant.

Ego vero gente Livonus, licet extra mandatum (quid enim principis mei tantum scelus cogitare debuissent?) ex animo S-ae R-ae M-ti gratulor, quod scelesti, nefarii et sicarii manus divina protectione evaserit. Faxit Deus ut omnes S-ae R-ae R-ae M-tis hostes et inimici turpiter et infelicitate pereant et confundantur.

Cum vero praefatis Ducibus Megapolitanis mihi quaedam sint demandata, quae munere legationis in hoc publico regio conventu exponere debeam, quo major dictis fides adhibeatur, literas fidei S-ae R-ae M-ti, R-dmis, et Illustrissimis Senatoribus defero, mihique clementissimas, et benignissimas aures praeberi humiliter et submisce peto.

ORATIO

Ea jam ab antiquis temporibus inter fortissimam gentem Polonorum et reges Obetritorum, nunc Duces Megapolitanos, arctissima publicae amicitiae fuit societas: Ea etiam nunc inter S-am V-am R-am M-tem et eosdem duces sanguinis et adfinitatis est conjunctio ut D-ni mei clementissimi non tantum antiqua publicae amicitiae jura renovare, utramque conjunctionem conservare cupiunt, sed etiam ea fiducia freti causam cognati sui Wilhelmi, Ducis Curlandiae S-ae R-ae M-ti quod antehac a magnae Britanniae Rege, Electore Saxoniae, aliisque actum, commendare, ejusque salutem, incolumitatem et restitutionem procurare satagant, contendant.

Quamvis autem alienam litem suam facere merito addubitent, attamen principis ex sua familia prognati miserimum statum diuturnum exilium, et deplorandam calamitatem generosa condolentia considerantes

F. 252v eundem deserere non possunt. Sane cum extorrem hospitio Deo et hominibus sacro ejicere naturae jus et sanguinis ratio non permetteret, causas hujus exilii ex ipsis rerum causis altius examinant, circumstantias considerant, quibus permoti sunt, ut si non juris

rigore, saltem aequitate, gratia et clementia plenariam restitutionem apud S.V-am R-am M-tem eidem hac sua intercessione impetrarent.

Duo vero in medium hujus theatri et augustissimi consessus adferam ad clementiae thronum offeram, ad asylum misericordiae deponam, tum quatenus justitia ad gratiae aram sit conducenda, tum quomodo supplices preces justitiae rigorem inflectere, viam deprecanti sternere, et ad portum pristinae felicitatis, calamitatis fluctibus oberantem Ducem Wilhelmum deducere possint.

Pater exulis Principis fuit Gothardus, supremus quondam ordinis Teutonici magister in Livonia, quam plenissimo imperio moderabatur. Hanc amplissimam provinciam certis pactis felicissimo huic regno cessit et subjecit, contentus solo Curlandiae et Semigalliae Ducatu. Eundem D. Sigismundo Augusto Vilnae anno 1561 cum omni imperio, totali jurisdictione, superioritate et regalibus, aequae ut Teutonici ordinis Magister in Borussia, Marchio Brandeburgensis, ducatum ejusdem, solemni investitura accepit. Eam rex Stephanus in castris ad Drisan; eam S-a V-a R-a M-tas etiam in omnes jurisdictioni subiectos et ratione domicilii subditos confirmavit.

Hoc imperium, hanc jurisdictionem vivente divo Gothardo, omnes subditi tam nobiles quam plebei debita subjectione agnoverunt, feudorum investituram ab eo acceperunt, eorumque nomine servitia militaria praestiterunt: quibus Dux Gothardus, qui alias quamplurimas consensu provincialium factis constitutionibus suam decoravit Rempulicam, maxima quoad alienationem et successionem bonorum concessit Privilegia, quae postea D. Stephanus regio diplomate confirmavit. Et haec est prima juris decisio, quae S-am R-am M-tem regnique ordines ad tramitem aequanimitatis flectere possit.

Altera ex facto juris est ratio, quae non minus V-ram clementiam aperit, quod hic Gothardus prius quam mortalem exueret vitam, duos filios Fridericum et Wilhelmum aequi praeeminentia, pari superioritate, eadem dignitate et honore in solidum instituit. Utrique S-a R-a M-tas praevio fidei sacramento solennem Ducatus Curlandiae et Semigalliae investituram concessit. Cum vero Dux Wilhelmus ad legitimam perveniens aetatem aequali cum fratre jure et dignitate gubernacula Reipublicae juxta tenorem paterni testamenti adiisset, conventum est inter fratres, ut quilibet in suo territorio a patre assignato subditis vigore legum

F. 253 r et consuetudinum antiquarum feuda conferre atque in emergentibus incidentibus negotiis et litibus justitiam administrare. Interim simul et conjunctim fratres sub supremo R-ae M-tis magistratu plenariam pro indiviso exercerent administrationem.

Causae vero ipsum Ducatum spectantes itemque judicia provincialia, ut consilio et impensis utriusque principis alterius vicibus peragerentur. Quod si quis in unius aula se gravatum censeret, ut is ad utrumque principem apellationem interponeret. Hae fraternae pactiones communis et indivisae administrationis regiae investiturae et testamenti paterni conformes a S-a V-a M-te in Comitibus Varsaviensibus anno 1598 celebratis, in omnibus capitibus pro justis declaratae sunt. Annon igitur justum, si quod pacta fraterna a R-a M-te confirmata loquuntur, Dux Wilhelmus usurpavit, suis jus dixit, nec ab iis quae placuerunt, quaeque regiae M-tis voluntate concessa sunt, discessit. Et tamen quidam vasalli quorum patri Dux Gothardus quamplurima contulerat be-

neficia, privatum odium ex privata Buttléri cujusdam causa contra Ducem et dominum suum conceperunt, quod is secundum dicta regiminis pacta appellationem ad utrumque principem admisisset.

Numquid hic ulla dismembratio Ducatus dari aut fingi potest, qua tamen nota Ducem Wilhelmum taxare, et regium odium ei conciliare voluerunt. Hucusque regale Ducatus Curlandiae et Semigalliae feudum per se mansit indivisum: uterque princeps non aliter jurisdictionem quam fraterna placita regio rescripto corroborata dictitant, exercuit, feuda ratione bonorum et domicilii subjectis concessit, judicia provincialia uterque habuit, conventus publici utriusque nomine alternis semper vicibus peracti, nisi forte unus altero fratre absente, vel bello Livonico impedito, utriusque tamen nomine, vel maxime autem belli calamitate efflagitante conventus indixerit, ut provinciam contra hostilem manum defenderent, et S-ae R-ae M-ti regno, magnoque Ducatui Lithuaniae fidelitatem praestarent, quae et variis belli Livonici expeditionibus viriliter et animose praestiterunt, atque non tantum sua castra hostibus opposuerunt, sed etiam suas copias castris regis ultra Dunam ad Weissensteinum, Dorpatum aliaque loca coniunxerunt, maximasque belli calamitates et difficultates sustinuerunt.

Sed in ipsa belli calamitate Duces experti sunt, quosdam contra feudorum et antiquam investituram servitia militaria recusare. Et licet S-a R-a M-tas rescripserit, ut Duces Curlandiae contra auctores suo imperio et officio uterentur, quod et jure concessam, paterno tamen affectu moderatiorem secuti sunt viam, ut publico conventu, si quae vera essent nobilitatis gravamina tollerentur.

F. 253 v Interea Livonia bello ardere coepit (*ut in documento superiori usque ad praefuit*)

Ex his heroes fortissimi, quia vestra virtute, et rebus praeclare gestis metiri soletis, iudicium vobis relinquitur apertum, quod uterque Dux Wilhelmus et Fridericus vitam fortunasque pro saluti hujus regni, magnique Ducatus Lithuaniae profundere paratus fuerint, ut minime sit dubitandum, quin Dux Wilhelmus semper fuerit fidus regni hujus Vasallus, miles, Dux, qui etiam in posterum fidelem et indefessam operam pro republica viriliter et animose navabit. Dismembratio Ducatus nulla facta, nec unquam fiet, jurisdictionem Dux Wilhelmus non aliter exercuit, nec deinceps administrabit, quam pacta fraterna a R-a M-te confirmata loquuntur. Non adfectat absolutum dominium qui in regni beneficio acquiescit. Nec privilegia nobilitatis laedere cogitat, qui majora obsequentibus largiter concedere cupit. Regia gratia et ordinum auctoritate facile fieri poterit, ut animi divulsi, disrupti, distracti sincera rursus affectione jungantur. Si quod fuit inter Ducem Wilhelmum [et] ejus vasallos odium, facta reconciliatione tollatur, ut nexu indissolubili rursus consocientur,

F. 254 r nec similes quaerelae unquam inter eos moventur, sed ab omni parte publica salus et tranquillitas procuretur. Quamvis autem S-a R-a M-tas summam indignationis iram adversus Ducem Wilhelmum conceperit, quod mandata regia vilipenderit, praesertim in decreto emissorio et immensorio in causa Magni Noldii, ejusque postea subsecuta caede, et si quae alia ipsi objici possent, attamen cum rei veritatem ab ipso principe aliisque diligenter admodum exquirerent, ut intellexe-

runt, Ducem Wilhelmum S-am R-am M-tem devotissima subjectione colere, nec in ipsa exilii miseria mutatam esse subjectionis voluntatem.

Certe si votis quid assequi liceret, vitam et fidele obsequium suis quondam adversariis Dux Wilhelmus comprecaretur. Dolet caedem Noldianam factam: sed quia factum infectum reddi nequit, videns iram et indignationem S-ae R-ae M-tis, quod ab ejus gratia et clementia exclusus, et possessione ditionum suarum exutus esset, horridum subito exilium, multisque jam annos extorris, egenus et inops sustinuit. Non fuit ab ipso Duce meditatam scelus, sed instinctu et opera aliorum malefactorum perpetratum, non jussu nec mandato Ducis Wilhelmi, quamvis autem inconsulto animi impetu a se non factum in se receperit, aliorum tamen pessimis persuasionibus factum, ut quod non fecerat, se fecisse diceret, quo a caedis authoribus, ab iis seductus qui factum luere debuissent, poenam avertere posset. Qua in re cum Dux Wilhelmus inconsulto errore, iraque calente gravissime a justitiae tramite sentes dimittendo deviarit, poenam aliquam humani erroris et generosi lapsus sustinere debuit. Sustinuit certe satis magnam. Nam qui antea magnis impensis, majori virtute, milite et armis hostes propulsabat pro salute regni Poloniae magnique Ducatus Lithuaniae et patriae fortiter pugnabat, nunc possessionibus terrarum suarum exutus est, ut egenus et inops in miseria et calamitate hactenus vitam consumerit, et in exilio satis diurno duram et horridam egerit poenitentiam.

Quod vero in Sueciam Dux Wilhelmus profectus, si criminis est, uti est, necessitatis crimen est, non Voluntatis, qui etiam in belli patriaeque calamitate vivere maluisset, quam vagabundus in Sueciam devenerit. Statim autem cognovit S-am R-am M-tem locum illum exilii improbare, quamvis ibi ei maxima promitterentur beneficia, magis tamen S.R-ae M-ti domino, regi et patri suo obtemperans, eodemque momento Sueciam reliquit, atque in squalore, lachrymis et subordibus vitam majori fortuna dignam duxit. Cognovit S.R-a M-tas hunc squalorem, has lachrymas, diuturnam et duram

F. 254v exulis principis poenitentiam, animadvertit multorum regum et principum moestitiam et dolorem, qui indefessa commiseratione moventur, quod Dux Wilhelmus natura placidus, religiosus et pacificus, indesinentem extremae poenitentiae poenam sustinere debeat.

Certe et meos clementissimos principes haec cognati et affinis sui miseria graviter percellit, ut omnem ei auxilii modum, regiaeque clementiae et gratiae viam libenter aperire vellent. Ideoque omnia causae controversia processus iustitiae vel injustitiae regiam indignationem, et si forte quorundam procerum vel aliorum animi laesi, ad clementiam et amicam compassionem omnino inflectere cupiunt, Regiam desiderant clementiam, qua plurimi servati, qui a S. V-a R-a M-te non tantum liberationem culpae, sed etiam errati veniam impetrarunt.

Non audiat S-a R-a M-tas, Rd-mus et Illustrissimus Senatus eos, qui regiam clementiam et amicam affectionem impedire conantur. Non hominis, nec hominum vox est, qua qui apud Polonos utetur, citius suam abjiciat humanitatem, quam illorum extorquebit. Ducis Wilhelmi impunitas S. R-ae M-tis laus est. Sit S-a R-a M-tas Deus, parens, salus vitae, fortunae memoria exulis principis. Ista est laus majorum Regni Poloniae, qui in libero populo nullum crudelitatis vestigium retinuerunt, qui libertatem suam non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse voluerunt.

Quocirca S-am R-am M-tem regiumque hunc Senatum Duces Megapolitani orant atque obsecrant, ut cum uno tempore vita exulis principis hominis miserrimi, et salus Reipublicae vestris manibus suffragiisque permittatur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipublicae salute sapientiam, quam soletis.

Potest odium vel precibus mitigari, vel temporibus Reipublicae communique utilitate deponi, vel vetustate sedari. Severitas non semper locum habet, et in futurum exemplo fit terribilis. Divinum vero quid habet, exitio proximos saluti restituere, et qui se post fatalem casum gravi poenitentia emendarunt, gratia dignari. Non habet nec fortuna Polonorum majus, quam ut possint, nec natura melius, quam ut velint quam plurimos conservare. Simillimus Deo judicatur, qui animum vincit, iracundiam cohibet, principem exulem non modo tollit jacentem, sed etiam pristinam ejus amplificat dignitatem. Quicquid igitur Celsissimi Duces Megapolitani a S-a R-a M-te contendunt ad unam summam referri volunt vel gratiae vel humanitatis vel clementiae regiae regnique statuum. Ignoscat S.R. M-tas viro fatali calamitate erranti. Erravit Dux Wilhelmus, lapsus est, non putavit, si unquam post haec ad parentem sic agi solet. Paululum supplicii satis est patri.

F. 225 r Audiunt enim Celsissimi mei Principes Ducem Wilhelmum S. R-am M-tem regnique ordines suppliciter filiali timore alloquentem: Erravi, fateor, temere feci, poenitet, ad clementiam V-ram confugio, delicti veniam peto, ut ignoscatis oro. Quis non hac supplici voce Ducis Wilhelmi ad gratiam et clementiam commoveretur? Valeat apud S.R. M-tem regnique ordines haec supplex Ducis Wilhelmi deprecatio: Moveat filii Jacobi pietas et innocentia: Moveant propinquorum preces, moveant regum et principum, quorum amicitia hoc tempore huic regno non plane inutilis esset, intercessionem ad deprecandam et avertendam hanc calamitatem. Resurgat consulto favore, qui inconsulto errore lapsus est, et post tanti temporis exilium recipiatur extorris, et in pristinam possessionem terrarum suarum plenariam restituatur. Sic S. R-a M-tas virum hunc fatali casu lapsum aeternum sibi est devinctura, ejusque animum ad sempiternam obsequii firmabit gratitudinem, et indulgentia hac ad extremum spiritus halitum contra omnes regni hostes perpetuo officio sibi obligabit, nec unquam erroris poculum regustabit, qui tam dura poenitentia tantam eius sensit amaritudinem.

Nec minor ad Ill-mos Duces Megapolitanos, cognatos regis et Principes, quam ad Ducem Wilhelmum ventura est laetitia perveniet. Gratissimo animo agnoscent, si S-a R-a M-tas malit pluribus petentibus unum absolvere, conservare, et restituere, quam propter unius lapsum plurium preces aspernari.

Spondent vicissim Duces Megapolitani, Ducem Wilhelmum fore nec mutata voluntate nec debilitata virtute, nec animo fracto. Et licet ei omnia adimantur, virtus tamen manet, permanebit. Atque in referenda gratia S-ae R-ae M-ti regnique statibus promittit semperque praestabit, ei nec in iniuriis a Republica propulsandis animum, nec in perferendo labore industriam nec in commodis reipublicae augendis gratissimam animi declarationem defuturam.

Same in hoc belli Turcici tumultu virtutis aleam experiretur, et turmam equitum castris Polonicis conjungeret, demonstrandae virtutis, fidei et gratitudinis causa, si vires et sumptus, nervus illi rerum querendarum exuli principi suppetere, facta vero Ducatus restitutione,

quamprimum Deus et occasio permittet, fortis animi liquidum argumentum relinquet.

Nec minus Celsissimi Duces Megapolitani R-ae V-rae M-tis consanguinei et adfines hanc singularem regiae clementiae gratiam aeviterna laude dignam perpetuis officiis demereri studebunt, ut S.R.M. regnique senatores intelligant, quanto bono eos cognatosque Regis et Principes decreta cognati et adfinis Wilhelmi ducis exulis restitutione affecerit.

Dixi.

a) et studiorum repetit Ms.

Hic explicit secundum volumen documentorum Polonicorum descriptum in Archivis S.P.88/2. Incipit volumen tertium eiusdem seriei 88/3 cum documento N. 72

N. 72

Goldingae, 1 Januarii 1611

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil
de morte coniugis suae*

F. 1 r Illustris et Generosissime Comes, Domine amice singulariter dilecte et honorande.

Praemissa felicitatis comprecatione, officiosaeque voluntatis nostra studiis commendatis. Cum superioribus literis Ill-tri D-ni V-rae significaverimus nos rem laetissimam e manu Domini accepisse, nunc quod paulo post evenit reticere eidem non possumus, nempe divinae voluntati visum ea laeta, quae tum coniuncta erant, quaeque diuturniora permanens sperabamus, partiri, et nos hoc modo in luctum conjicere. Nam Ill-ma nunc desideratissima Coniunx nostra doloribus vehementioribus correpta, cum se e vivis vocari sentiret, firma in salvatorem Christum fide in coelestem beatitudinem emigravit, et nobis desiderium sui, heu nimis acre reliquit. Quae vero in hoc casu, quem omnes subituri, nostra sit consolatio, ipso profitemur nomine, quod ab eo qui est vita fidelium, praestatque ut omnes sibi insiti, licet hic mortui vivant, trahimus; hac consolatione viduitatis nostrae dolores lenimus. Infantulo nostro, ad cuius Baptismatis assistentiam Ill-trem D-nem V-ram invitavimus, inditum nomen est Jacobi, id ut benedictionis divinae ipsi tessera omenque infallibile sit, Deum precamur.

De constanti Illustris D-is V-rae in nos benevolentia certam persuasionem fovemus, ipsam ut diutissime salva et incolumis sit ex animo optamus. Datae Goldingae 1 Januarii 1611.

Ill-tris Do-is V-rae

Ad mutuae benevolentiae officia semper studioseque propensus
amicus et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Churlandiae et Semigalliae
Dux

Wilhelmus

In dorso: Illustri et Generosissimo Domino Alberto a) Cecyl comiti Salisburgensi Magno Regiae M-tatis Britanniae Thesaurario et privati eiusdem M-tis consilii Consiliario nec non praenobilis ordinis Garterii militi, amico n-ro singulariter dilecto et honorando.

Alia manu: 1 Jan. 1611. Duke of Curland to my Lord.

a) sic Ms.

N. 73

Pińczów, 13 Januarii 1611

*Magnus Marescallus Poloniae [Z. Myszkowski]
ad Iacobum I regem Angliae
de Moscovia capta, ac de prospectata unione cum ea*

F. 3 r Serenissimo Principe Sig. Clem-mo.

Non vorrei tediare la M-ta V-ra con le mie lettere ma la servitù mia non comporta, ch'io le viva del tutto inutile servitore. Però non possendo hora mostrare in altro la prontezza della servitù mia verso la M-ta V-ra le do alle volte nuove di questi nostri paesi, come fu hora, dicendole solo che le cose in Moscovia vanno felicissime per S. M-ta, se in quelle genti nate a mille feodi e falsita, non si sospetasse di qualche magagna, il che rende li trattati difficilissimi, bisognando trattar con loro con l'occhio molto aperto. Havendosi dunque resa la metropole e ricevuto quatro mila, et cinquecento soldati in presidio, tutto il resto, quasi di quella gran Monarchia [si vò] a) rendendo, e giurando fedeltà al Serenissimo Principe, e così vogliono fare quelli assediati, ma dubitando la M-ta Sua di qualche stratagemma loro, e vedendo l'età del figliuolo ancor poco atta a tanto peso, tratta con li stati, che ricevino la M-ta Sua stessa per loro signore, e Principe fin tanto, che il figliuolo sia in età sufficiente al governo, il che gli Ambasciatori, che vennero da S. M-ta hanno remesso all'Universale risoluzione delli stati, e segna di ciò si aspetto la risposta loro, havendo mandato

F. 3 v il Generale a trattare con loro, et insieme a perseguitar il finto Demetrio, il quale con aiuto di Tartari ammazava di nuovo alcune genti, e poi già stato condotto in Polonia Basilio Suischi già signore di Moscovia con la moglie e dui fratelli, Demetrio già Generale dell'Arme, e Giovanni grand Cannone di tutto il dominio. Speriamo in Dio che quello stato, o con consenso delli stati, o con l'armi al fine cascara in potere di S. M-ta, che se ciò segue, unite che saranno queste provincie, potrà stare la M-ta S. di forze da guerra al pari di qual si voglia potentato del mondo. E per la stessa amicitia, e fratellanza che tra la M-ta V-ra e il Re mio Signore, mi giova credere, che ciò sarà tanto di gusto, e consolatione a V. M-ta quanto con il tempo sarà di beneficio a tutta la Republica Cristiana. Et io per fine bacio le mani a V. M-ta, e me le ricordo divotissimo, et obligatissimo servitore della M-ta V-ra. Di Pincionia il dì 13 Gennaio 1611.

divotissimo servitore

Il Gran Maresical di Polonia

In dorso: Serenissimo atque Potentissimo Principi, ac D-no D-no Jacobo Dei Gratia Magnae Britanniae Regi, verae Fidei defensori.

Alia manu: 13 January 1611. Marshall of Poland to his Ma-tie.

a) *lectio incerta*

N. 74

Toruniae, 23 Januarii 1611

J.M. Radziwiłł

ad Iacobum I regem Angliae

magna relatio de rebus externis, internis et ecclesiasticis in Polonia

F. 5 r Serenissime Rex ac Domine Domine Clementissime.

Praeter omnem spem casu incidi in famulum S.R. M-tis V-rae Dominum Gordon, qui cum mihi certo promississet hasce meas tuto ad Sac. R.M. V-ram se transmissurum, officii mei esse duxi S.R.M. V-ram certiores faciendi de iis quae hic apud nos geruntur: praesertim cum tempore pestis et belli, multa nova solent esse, sed vix aliquando certa. Itaque de iis tantum quae mihi certo constant S.R.M-ti V-rae significare volui. Serenissimus Poloniae Rex ad hoc tempus in obsidione Arcis Smolensko moratur. Civitas Moscovia quae Metropolis totius illius Monarchiae est, per deditionem in manus Exercitus nostri pervenit, qui ad viginti quatuor millia numeratur. Generalis Exercituum Reg. Polon. Stanislaus Zolkiewski nuper in castra regia ad arcem Smolensko sita, ex Moscovia venit, qui cum S.R.M-ti relationem deditionis illius fecisset, atque hoc addidisset quod antequam deditio illa facta fuisset, se super certas condiciones quas Procures atque praecipui Nobiles Moscovitae postulabant, nomine Serenissimi Principis Vladislai filii regis nostri, iurasse: Responsum illi a S.R.M-te minus gratum quam omnes sperabant datum est, cum ea additione quod condiciones illae S.R.M-ti iniustissimae videntur. Quibus auditis palam coram S.R.M-te dixit, se velle in Moscoviam statim redire, et potius ibi honeste mori, quam fidem suam semel Moscovitis cum scitu et voluntate S.R.M-tis datam, cum sua atque gentis suae perpetua ignominia frangere.

F. 5 v Quales ultiores progressus huius expeditionis erunt, tempus edocebit. Ego ex animo opto, ut ad gloriam Dei Omnipotentis, bonum Reipublicae atque gloriam gentis nostrae, sine damno et dispendio proximorum (quod vix fieri posset) redundarent. Quod ad libertatem conscientiarum attinet, ac in quo statu his in regionibus res Orthodoxorum versentur, spero D. Gordonem fideliter S.R.M-ti V-rae nuntiaturum: quoniam cum ipso de omnibus sincere contuli. Quamvis autem sciam S.R.M. V-ram gravissimis negociis semper occupatam esse, tamen cum mihi constet varios eosque falsissimos rumores per totam fere Europam, de motibus illis in Regno Poloniae ante triennium sparsos fuisse, multique inveniantur ignari legum gentis nostrae qui putant regnum Polon. haereditarium esse, ac non liceret nobis cum Principibus nostris pro libertate patriae et conscientiarum tuenda quidquam libere agere: Propterea S.R.M-ti Domino meo clementissimo mitto Exemplar unum Constitutionum Regni, quae in Conventu Coronationis Serenissi-

mi Regis moderni factae sunt: Ex quibus Sac. R. M-tas V-ra facile colligere poterit Serenissimos Poloniae Reges conditionaliter ac per certos contractus nobis regnare: neque adhibebit fidem hominibus illis qui nos rebelles vocant: non enim arma sumpseramus ultro, sed coacti in defensione vitae, libertatis patriae atque conscientiarum, cum per annos octodecim antea multa perpassi, via ordinaria (clero semper impediante) nihil quicquam a S.R.M-te impetrare potuerimus: nulla enim nova expetabamus, saltem ut antiquas libertates nostras quas Serenissimus Rex iuravit integras nobis reservaret. Sed cum hoc non cessit, clerus-que potentiae suae confisus Serenissimo Regi instaret ut proelium nobiscum commit[t]at: maluimus coacti in campo aperto quemadmodum homines liberi contra illorum Tyrannidem pugnare,

F. 6 r quam alio nequissimo modo (quod Deus avertat) sicut alibi fit, vel per venenum, vel cultro vitae Serenissimi Regis nostri, qui unctus Dei est, insidiari. Raptim haec mihi ad Sac. R.M. V-ram scribere contigit, humillime rogo ignoscat S.R.M.V-ra simplicitati meae, meque in gratia sua conservare dignetur: Cui me totum atque promptissima servitia mea in gratiam commendo. Datum Toruniae 23 Januar. 1611.

Sac. R. M-tis V-rae

ex animo paratissimus servitor

J. M. Radzivill

manu propria

In dorso: Serenissimo atque Potentissimo Principi, ac D-no D-no Jacobo Dei Gratia Magnae Britanniae Regi, verae Fidei defensori.

Alia manu: 23 Jan. 1611. Marshall of Poland to his Ma-tie

N. 75

Melvin, 22 Januarii 1611

*Thomas Chamberlayne
ad Robertum Cecil*

*de Sigismundi III in monarcham Moscoviae aspiratione; de catholicis
in Angliam proficiscentibus*

F. 7 r Right honorabell and my singular good Lord, having formerly written some advertissments unto your good Lordship touching the kinge of Pollands proceadings about Mosko, how thaye may be esteemed I know not, but I muche dissier your love and good opinion, which if I shull receive incoragment from you, I shull be all wayes redy to doe you the best service I can.

The mutabilitye of the kings resolutions are very uncertayne, for now he intendethe to passe up unto the greate Mossco and to be crowned before he will returne dubting to be intercepted by some other prince this next Soemer, but I doe thincke he dares not untill he hasse tacken in Smalenskia, which I doe not finde he wilbe abel

to doe unlesse he had more foote and more Ordinance bysides the townes men are xv thousand stronge within and doe bravely defend yt and have Corne enough for ii years. This towne is the very kaye of Russia Confronting alba Russia uppon the king of Polands dominions, soe if the kinge advance unto Mossco untill he hasse in this towne, yt may be when he is thare he shulbe land loocked, Soe I thincke he woll not stir untill the towne be tacken.

F. 7 v The greate good fortune which hasse attended the king in this busines is to be admired for he hasse gayned this Empier without money or blowes to Speacke of farther Demetrius the second Jesuit that maryed with the frist demeter wiffe is Cut in peces by his owne peopell next the burgars of Mosssko have delivered Swiskey the Emperor unto the kinge with his tow bretheren Demeter and Ewan, which he hasse lately sent unto a Castell some xxxtie miles from Smalenskia in Alba Russia. The towne of Musko payes the armye monethely. thay have tacken all the ordinance from the walls into the Castell and damed up all the ports but some fewe Ungorne and plasco ^{a)} have submitted them selves unto the king and send unto him 100 and 20 thousand pounce in gould. Theis poore Mascoveters I may saye that God hasse delivered them into the hands of theayer enimyes, for all theayer goevernors are tacken from them.

But I will saye unto your lordship that I doe not thincke the poole will longe injoye yt bycause of his insolencye which is toe toe barbarous.

F. 8 r Farther my good Lord, Hanse Wiar the corinall which I formerly writte unto your lordshippe of, is returned unto Pudsky in prusia near danske uppon the iij of January he passed by melvin, his coeming is for to leavy more men and money. thare came in company with him a Englishe sargent called Goodiar that seryed his regement and one that I well knowe, he is a very sensubell felowe, a good scoler of good yeares. This goodiar I well acquainted myselfe with him at Smalenskia, wheare he tould me he hathe been at Rome, for he is a great Catholicke. Soe my lord Wyar coming by Melvin he comes to see me, wheare I entertayned and lodged him with me to confer the more effecteuall with him. Soe he tells me that Wyar coeming by the bishop of Hillsbearge house that wiar as theare entertayned, and wiar recommended him unto the bishope, Soe his cheiffe gentellman that attended the Bishope bade him wellcome in Englishe, soe sate him doune by him and asked him if he weare a Catholicke, soe he tould him I [am] then he bade him the better wellcome soe conferred with him much but in latine, he tould him that within this towe years he was in England and spacke with Northehomberland in the tower but tould him not farther, but ussed him kindly and tould him that if he would come unto the Bishope he should be as well intreated with him as with wyar.

F. 8 v Now my lord had I money I would have sent this felowe unto the Bishope to have tendered his service unto him, to insenewate himselfe soe fare that if any vilanie weare to have fashioned the matter soe that he should by some meanes have goetten a letter unto Northomberland, soe to disscover the matter. The deputie heare Offely respects me not. I lost all at the Plate, wheare in I should or would serve his Maiestie or you I can not for want of money.

Mr. Alderman Corkans brother whoe hasse been deputie does healpe me and is more fitter for the place then the other.

I will attend your honorabell pleasuer heare. So wishing long liffe and prosperyte I recoemend my best love and service unto your honor. Melvin this xxii of Jan[u]ary.

Your honors in all dewtye

Tho. Chamberlayne.

This Hillsbearge is xliii duche miles from Melvin in prusia. He is a meterpolitone or the next.

In dorso: January 1610. Thomas Chamberlain to my Lord from Melvin.

a) sic in Ms.

N. 76

Smolenskiae, 23 Februarii 1611

Sigismundus III rex Poloniae

ad Iacobum I regem Angliae

de filio Vladislao in principem a Moscovitis electo; de mercatoribus anglis in Moscovia

F. 9 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, nec non Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori, consanguineo et fratri nostro char-mo, salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Ser-me Princeps D-ne consanguinee et frater noster char-me. Quo huius belli iustis et gravibus de causis Moschoviae illati successu hactenus usi simus, Et ad quem statum iustus D-nus divina sua potentia res Moschoviticis perduxerit, arbitramur non ignotum esse Ser-ti V-rae. Visum est tamen pro iure amicitiae nostrae eadem brevibus ad Ser-tem V-ram perstringere. Posteaquam in Moschovia multas arces et civitates partim vi partim per deditionem cepissemus, et praemissa parte copiarum nostrarum in penitiorem Moschoviam validum hostis nostri Magni olim Ducis Suiscy exercitum Deo ita decernente fudissemus promotisque ad Urbem Moscuam victricibus copiis diversa etiam harum regionum loca nostrorum hominum armis premerentur, Moschovitae viribus suis diffidentes adeptis Suiscio sceptris summa omnium Ordinum alacritate atque consensu ad Principem Vladislauum Sigismundum filium nostrum praestito eidem fidei et subiectionis iureiurando imperium detulerunt, ipso Suiscio cum duobus germanis fratribus eiusdem domus reliquis nostrae potestati tradito, quos in Poloniam deduci iussimus, ac Moscuae urbi capiti atque sedi Imperii Moschovitici plurimisque civitatibus et arcibus praesidia nostra imposuimus. Tam magna benignissimus Deus nobis filioque nostro cum fecerit, nihilque magis ab hac Moschovitica gente quam celerrimus filii nostri ad capessenda gubernacula in has oras adventus exoptetur, nosque intelligamus mercatores Anglos qui in Moschovia negotiantur,

quique prenominato Suiscio Magno olim Duci favebant et consilia contra nos subministrabant prima navigatione cum suis mercibus huc transmissuros, amanter a Ser-te V-ra postulamus eos omnes mercatores monere, hortari iisque persuadere velit ut nobis ac filio nostro fideles et obsequentes sint vectigaliaque seu telonia ad morem et consuetudinem aliorum in Moscovia mercatorum pendant ac persolvant. Hoc autem Ser-tis V-rae officio singularem ipsius erga nos nostrumque natum benevolentiam animumque amicissimum facile perspicimus eoque etiam modo et ratione mutuus inter nos familiasque nostras amor studiorumque coniunctio augebitur, nec nos Ser-tas V-ra una cum filio nostro huius suae voluntatis argumenti ingratos cognoscet. De caetero diuturnam incolumitatem felicemque ac florentem regnorum statum Ser-ti V-rae a DEO OPT. MAX. precamur. Datum

F. 9 v ex Castris ad Smolenscum die xxiii Mensis Februarii Anno Domini M DC XI Regnorum nostrorum Poloniae XXIV Sueciae vero XVII.

Eiusdem Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, Consanguineo et fratri char-mo.

Alia manu: 24 Feb. 1611. King of Poland to his Ma-tie.

N. 77

Goldingae, 30 Martii 1611

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de obitu coniugis, deque filii Iacobi baptis-mate*

F. 11 r Serenissime et Potentissime Rex et Domine Domine Affinis Clementissime.

Perpetuam S.R.H-ti V-rae salutem toto animo comprecans deditis-simorum officiorum meorum prom[p]titudinem defero. Responsum S.R. M-tis V-rae quod ad literas meas, quibus ipsam ad Baptismatis filioli mei solennia pro certissima fiducia mea, humilime invitaveram, clementissime reddere dignata est 27 d. Martii decenti veneratione accepi. Quam ex illo S.R. M-tis V-rae clementissimae erga me domumque meam affectionis abundantiam et firmitatem perspexi, de ea nunquam ipsi condignas agere gratias multo minus officiorum debitum invicem rependere queo.

Quantum igitur facultati meae defectum inesse agnosco, tantum meum est in petendo studium, ut S.R.M-tas V-ra pro excelsa virtute, humillimam grati animi contentionem clementissime acceptando, me immerentem Regiae suae gratiae perpetuo commendatum habere dignetur.

Quod vero ad Baptizationem filioli mei attinet, superioribus literis, quibus luctuosam orbitatem desideratissimae coniugis meae exposui, simul de perfunctione sacris illius muneris ad d. 23 Decembris superioris anni facta significavi, cum igitur res ea sacra cum decenti solennique modo sic peracta sit, ut infantulo nomen Jacobi inditum, quo Serenissimi Susceptoris sui perpetuum memoriae signaculum quasi appressum gerat, proindeque quo volet Regiae suae benignitatis iam pridem spectatissima ulteriora indicia (quorum S.R. M-tas V. meminit) non alio quam ad hunc ipsum susceptaneum suum humilimum destinari attineat. Neque nunc restet aliud, quam ut hunc S.R. M-tis V-rae

F. 11 v Susceptaneum eiusdem Regiae gratiae, clementissimaeque affectioni offeram et tradam, id quod studio, quantum possum, diligentissimo factum a me esse cupio humilime. Id vero licet iam a S.R. M-te V-ra impetratum esse non solum humilima mea confisio mihi persuadeat, Sed et ipsae S.R.M-tis V-rae literae hoc clare asserant, ut non tam in petendo, quam in agendis gratiis partes nunc meas versari videam. Nihilominus tamen prout tantae rei apud me aestimatio est maxima, sic nequeo quin S.R.M-tem V-ram omni deditissimae mentis contentione orem ut hunc Susceptaneum suum Jacobum Regia gratia, Compaternaque clementia complectatur.

Pariter etiam quod S.R.M-tas V-ra se iam huic humilimae petitioni meae benignissime annuisse literis suis regiis declarare dignata, gratias iterum atque iterum ago immortales.

Ut S.R.MV. in florentissimo omnis Regiae prosperitatis statu divinitus diutissime conservetur toto animo comprecor. Datae Goldingae 30 Martii Anno 1611.

Sacrae Regiae M-tis V-rae

Addictissimus et observantissimus affinis et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae
Dux

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino Domino Jacobo Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino consanguineo et Affini Clementissimo.

Alia manu: 30 Martii 1611. The Duc of Curland to his Ma-tie.

N. 78

Goldingae, 30 Martii 1611

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Robertum Cecil
de iisdem rebus*

F. 13 r Illustris et Generosissime Comes, Domine amice, singulariter dilecte et honorande. Praemissa salutis plurimae comprecatione, officiosaeque voluntatis nostrae studiis commendatis.

Licet Ill-tris D-io V-ra ad illas literas nostras, quibus ipsam ad solennem Baptismatis filioli mei perfunctionem pro nostra mutuae benevolentiae persuasione invitaverimus, nondum rescripserit, tamen id non aliorum, quam a multis gravissimarum occupationum, quibus Ill-trem D-nem V-ram saepe distentam non ignoramus, impedimentis factam accipi debere intelligimus. Idcirco cum interea literae S.R.M-tis magnae Britanniae longe clementissimae nobis sunt redditae, quibus sine mora pro studiosissima nostra in ipsius M-tis observantia et cultu respondendum putavimus, intermittere nolebamus, quin et Ill-trem D-nem V-ram simul literis nostris diligenter et officiose salutarem.

Quod superioribus literis nostris de solemniter peracta Filioli nostri Baptizatione significavimus, cum et de acerbissimo viduitatis nostrae luctu conquesti, non amplius fuerit repetendum, Hoc solum restare videtur, ut Ill-tris D-is V-rae favori et benevolentiae hunc susceptaneum suum Jacobum etiam atque etiam recommendemus. De caetero ut Ill-tris D-io V-ra diutissime salva et incolumis sit inque rebus suis omnibus perpetua prosperitate fruatur ex animo optamus. Datae Godingae 30 Martii Anno 1611.

Ill-tris D-is V-rae,

Ad mutua benevolentiae officia semper studioseque propensus
amicus et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae
Dux

Wilhelmus.

In dorso: Illustri et Generosissimo Domino Roberto Cecyl Comiti Salisburiensi Magno Regiae M-tis Britanniae Thesaurario ac privati eiusdem Regiae M-tis Consilii Consiliario, nec non praenobilis Ordinis Garterii Militi, Amico nostro imprimis dilecto et honorando.

Alia manu: 30 March 1611. Duc of Curland to my Lord.

N. 79

Pucii (Puck), 6 Aprilis 1611

Ioannes Weiher

ad Iacobum I regem Angliae

de «negotio periculis pleno», tramite Patricii Gordon communicando

F. 15 r Serenissime ac potentissime Rex Domine Domine Clementissime.

Sacrae Regiae M-tis V-rae literae Mense Novembri datae exeunte Januario commodum mihi redditae fuerunt. Singularem S.M.V-rae erga me clementiam et favorem, nulla me ratione hactenus promeruisse, sed ab innata Sac. M-ti[s] V-rae bonitate profectam esse ingenue cogor fateri. Quod si ullo officiorum genere S.R.M-ti V-rae unquam inservire possum, promptissima mea studia qua par est, grati animi submissione defero Regique beneficii loco lubenter agnoscam, si mea in hisce regionibus opera uti dignabitur. Quod vero ad rem illam magni certe mo-

desideratissimam consilia, quam funditus evertere in animum inducere suum: Satius namque foret, mortem oppetere, quam videre mala gentis suae: Nulla siquidem praeterit dies, quae non novorum varietate et multiplicitate abundet. Hesterno die Burgurabius Hospodarensis hic adpulit, qui Theinii cum Tartaro Kam solemnem egit conventum, refertque Gentilem iterum Kryinium ^{a)} versus adcelerasse, eundemque Krymssicensibus et Nochayslensibus collectis atque coadunatis copiis, nulla interiecta more Nieprum traiecturum. Iam pridem mille circiter Tartarorum (qui numerum hunc non excedunt) Polisiā in praesidium submissi sunt.

Ab hinc aliquot diebus quidam natione Graecus adfinitate Domino Jano coniunctus Constantinopoli, unde ante mensem discessit huc pervenit, qui Regno Poloniae maxime favet, cuique non adeo bene cum Hospodaro convenit, is ipse in conclavi remotis arbitris in mei Domini-que Jani praesentia adfirmavit, duos Baschas iam certe Babae agere, qui copias coegere ad viginti millia, Tertium itidem Bascham cum triginta millibus Graecorum provolasse, id quod Turcico idiomate Vramel dicunt, huius iurisdictioni subiacet provincia Hylystria. Ex Biadogrod-sensi ^{a)} Kyliscensi, Tschinskizensi districtibus (id quod ipsissimis meis vidi oculis) tria millia Janizerorum collecti, Moldavis, Wallachis, et Transylvanis iniunctum fuit, ut ad tria millia equitum et peditum sese armarent. Exercitus Wallachensis (referente Jano) iam ad numerum sex millium excrevit. Hospodar, qui iam Oryionae commoratur, paucos intra dies Srokam petet, is nomine Turcae ^{b)} canit classicum, recepitque sese intra trium annorum spacium universam Poloniā Imperio Turcico subjugare velle.

Belli huius calamitatem Muscovia parit, quae Internuncium suum muneribus et donariis sumptuosissimis, nimirum centum fasciculis pel-lium Zobellinarum, tribus funiculis margaritarum lectissimarum, binis sellis aureis Adamante et sapphyro copiosissimo radiantibus et luxuriantibus, aliisque quamplurimis, quae plus minus ad trecenta millia aureorum aestimantur, instructissimum eo ablegavit.

F. 75 v Meo tempore Cappa adpulit, et verno iam imminente tempore navim conscendit, Constantinopolim traiecturus, postquam Dominus Grokischius expeditus et dimissus. Praefatus Graecus insuper etiam hic commemorat, sese abscedente et dimisso eo praesentem fuisse, adfirmando, a prima fundatione Constantinopolis Legatorum neminem adeo pompose et Magnifice exceptum fuisse. Tria millia Janizerorum ipsum stipatos in Cameram, quae in splendidissimo palatio ipsi adsignata fuit, deduxisse, vestibus pretiosissimis et equo generositate omnes, quoque equite continebat, superante, phalerisque splendidissimis exornatissimo donatum fuisse. Per integras duas horas ipso cum Imperatore et Nasuph Bassa per interpretem collocutus, hisce formalibus usus fuit: Euge Imperator, floridae iam es aetatis, qui sic remisse et oscitanter res tuas tractas, num te latet, quae tuo immineant capiti pericula. Eo iam laborant Poloni, in id unicum omnes cogitationes collimant, ^{c)} (quibus diutius resistere, quorumque impetum sustinere ulterius nequimus), ut debellatis et occupatis nostris provinciis, te Constantinopoli abire et cedere cogant, quapropter in tempore hisce remedere, et obvia periculis. Age exercitus tui robur coniunctis et coadunatis cum Tartaris in Polonos dirigito, nosque a latere auxiliares tibi summi[ini]strabimus copias quingenta millium singulis annis tibi a

nobis dependebuntur aureorum. Astracenenses Laramises Hordes tuo mancipamus Imperio.

Ex hisce Ill-ma V-ra D-o facillime colligit, an non ad eiusmodi narrata spe tali illectus, seduci et in transversum se rapi passus fuerit. Illustrissime D-ne Castellane, Ill-ma V.D. Patriae afflictissimae columna est validissima, in qua secundum

F. 76 r Deum ter opt. max. patriae spes et salus sita. Principiis obsta: Quin melius et tutius est ad Danubium hosti aditum praeccludere, quam in Vallachiam transitum illi praebere.

Hostis crudelitatem et saevitiam mitigabunt et avertent Christia-norum ad Deum praepotentem pro patriae defensione preces et suspi-ria. Vbi in Polonia charitas, concordia, humanitas et virtus domina-bitur, utique nullum adeo extimescendum erit periculum. Non segniter sed graviter haec res peragenda. Si Gentiles vel ad minimum man-datum sui Szaren sine ullius stipendii militaris requisitione in aciem progressuri sunt, cur Poloni segnitiei indulgebunt, ubi de nominis divini gloria et patriae salute decertandum? Iterum in gratiam D-ois V-rae me recomendo.

Ex Soroka 12 Julii Anno 1614.

In dorso: 12 Junii 1614. Advis de Polonia.

a), b) *sic Ms.*

c) *sic Ms. pro* colliniant.

N. 109

Varsaviae, 27 Junii 1614

*Adamus Maior, medicus regis Poloniae
ad Guilelmum ducem Curlandiae
de Turcis Poloniam invadere paratis
(exemplar)*

F. 77 r Illustrissime Princeps D-ne D-ne Clementissime.

Licet indecorum mihi esse videatur quod Tuam Cels. descriptione mea satis importuna salutem, tamen ipsa benignitas animusque erga me propensus et liberalis mihi hoc onus scribendi imposuit, quod iam pridem in effectum productum fuisset, nisi me occupationes variae, simul ac absentia, una cum Illustri D-no V-rae ^{a)} Cancellario Regni intervenisset. Iam vero solistitium aestuale (quod est ardentibus ominosum propter exercitium ^{b)} nocturnum satis breve: Sole enim existe-[ente] in Cancro, et tendente ad Leonem radios obliquos in horizontem nostram spargit nec diu commoratur in haemisphaerio nostro propter debilitatem caloris), viam hactenus penitus interclusam ad T. Cels. scribendi aperuit.

Nova hic varia variisque linguis sparguntur certa sane non ficta: Tur-cicus Imperator acie bene instructa, fines Regni nostri invisere affectat. Tartari ante paucos dies incursum fecerunt et aliquot mille homines captivos abduxerunt. Nostri conscribunt exercitum utinam maturum. Status dissentiunt inter se, quidam personaliter hostem aggredi volunt, quidam vero collecto milite, nulla sane concordia. Auxilium a Sac. Reg. Ma-te affectant, contributiones autem denegant, quae [sunt] nervi

belli. Non pridem Thesaurus oeconomicus c) a crudelibus confederatis exhaustus est.

F. 77 v Tamen audent implorare auxilium. Est consilium penes Sac. Reg. M-tem, estque modus defendendi fines Regni, si etiam scintilla aliqua pietatis et obedientiae subditorum emerit: sed pietas avolvit, obedientia dormit, utroque petulanter caremus. Vereor itaque ne urgente necessitate et ingravescente malo, cum Terentio loquamur, cum maximo naufragio Regni: dum denique nostra intelligimus bona, etc etc. Quod Deus optimus Maximus avertat, et tandem nobis auram aliquam benignam afflare in hac tempestate permittat. Hisce me meaque officia Clementia[e] T. Cels. humillime commendo. Varsovia 27 Junii Anno 1614

Tuae Ill. Celsitud.

humillimus servitor,

Adamus Maior, Phil. et Medicine Doctor, S.R.M. Medicus.

Pluram scribam sine audivero praesentes fuisse gratas.

Illustrissimo Principi et D-no D-no Wilhelmo Curlandiae et Semigalliae in Livonia Duci, D-no et patrono suo Clementissimo.

In dorso: Courland and Livonia 27 June 1614.

a) sic Ms. forte excidit Dominationis
b) exercituum Ms

c) pagina dilacerata est.

N. 110

Gedani, 4 Julii 1614

*Proconsul et Consules Gedanenses
ad Iacobum I regem Angliae
de Rudigero Flodde*

F. 79 r Serenissime et Potentissime Rex, Domine Clementissime. Exposuit vir Nobilis et novem jam enneadum senex, Rudigerus Flud, S.R.M-tis V-rae subditus, restare sibi in Anglia tum haereditatis petitionem, tum nonnullas alias postulationes, quarum expeditionem filio suo Rudigero Flud juniori, praesentium exhibitori commisit, petiitque a nobis, ut S-ae R-ae M-ti V-rae dictum filium et negocia eidem commissa, de meliori nota recommendaremus. Alienum id initio visum fuit et supervacaneum, homini scilicet Britanno gratiam Britanniarum Regis, de cuius spontaneo erga suos amore dubitandum non erat, conciliare; propensionemque ejus Principis, qui justitiae aliarumque ingenuitatum virtutum fama non nostras tantum, verum complures alias orbis Christiani partes iam pridem largiter compleverat, sollicitare. Sed cum dictus Dominus Rudigerus, a quinquaginta et amplius annis nobis honeste, et decenter cohabitaverit, filiumque sine literis nostris (iis scilicet, favoris Regii favillam tanta temporis locique intercapedine forte consopitam suscitatum iri sperans) discedere omnino noluerit,

freti S-ae R-ae M-tis V-rae erga nos gratia, viro bono gratificandum censuimus. Proinde S-m R-m M-tem V-ram debita veneratione rogamus, ut, quam alioqui omnibus ex aequo impertire solet iustitiam, eam saepedicto Rudigero Flud, nostra hac officiosissima intercessione mediante, tantocius administrari clementissime jubeat: Quod nos datis occasionibus promptissime demerebimur.

F. 79 v De caetero S-ae R-ae M-ti V-rae saluberrimum valetudinis regiminis statum, omniumque rerum prosperrima incrementa ex animo precamur. Datum Gedani 4 Non. Julii Anno post natum Salvatorem 1614.

S-ae R-ae M-tis V-rae

ad officia paratissimi

Proconsul et Consules Civitatis Gedanensis

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo primo, majoris minorisque Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, verae fidei defensori, D-no n-ro clementissimo. *Sigillum*

N. 111

Varsaviae, 9 Julii 1614

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de pace cum Carolo principe Sudermanniae ineunda*

F. 81 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc, necnon Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae, et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini et fratri nostro charissimo. Salutem: et omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps Domine amice et consanguinee noster charissime. Quam gratum nobis extiterit delatum a Ser-te V-ra per Ill-mum Electorem Brandenburgicum studium, operaque ad componendum ea, de quibus nobis cum Principe Sudermaniae Gustavo Adulpho non convenit, nos quidem nullam moram fecimus, quin id quamprimum literis nostris Ser-ti V-rae significaremus. Verum quod tam sero eadem literae ab Ill-mo Electore Ser-ti V-rae transmissae sint, in causa existimamus: vel aliquas Ill-mi Electoris difficultates vel certe quod is aliorum quoque Principum, qui nobis eandem operam una cum Ser-te V-ra deferunt: ac inprimis Ser-mi Galliarum Regis responsa eo nomine expectaret. Nos enim cum de Ser-tis V-rae optimo erga nos animo persuasi semper fuerimus, eximiumque ipsius iustitiae et aequitatis studium perspectum habeamus, magni profecto facimus delatam hanc nobis a Ser-te V-ra operam; vicissimque per omnem occasionem contestari parati sumus: quantum Ser-tis V-rae causa cupiamus, velimusque. Rem ipsam nego-

tiumque id Transactionis quantum attinet. Cum diebus hisce Ser-mi Galliarum Regis literas de indicendo a nobis die locoque, quibus Trans-actio sive Commissio haec peragi deberet, accepimus; ita a nobis eidem responsum est, ut id existimaremus non nostrarum, vel adversae partis: sed eorum Principum partium esse, quorum arbitrio hoc ipsum Trans-actionis sive Commissionis negotium peragetur. Quare, ad eum diem locumque, qui a Vobis Principibus huic negotio indictus fuerit: si ita quoque adversae parti videbitur nos Legatos nostros plenis mandatis instructos mittere parati erimus. De loco tamen, si ita caeteris vide-retur, ita

F. 81 v sentimus ut prae caeteris Stetinum in Pomerania, ob loci portusque commoditatem non incommodum censeremus. Idem itaque quod Ser-mo Galliarum Regi a nobis responsum est, Ser-ti V-rae respondemus, omni officio studium id Ser-ti V-rae referre cupiens. Optimam valetudinem felicissimosque successus ex animo Ser-ti V-rae precamur. Varsaviae die IX Mensis Julii Anno Domini M.DC.XIV Regnorum nostrorum Poloniae XXVII, Sueciae XXI.

Eiusdem Ser-tis V-rae

bonus cognatus

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Deo gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini et fratri nostro char-mo.

Alia manu: From the K. of Pologna 9-o July 1614. To the King.

N. 112

Riga, 9 Julii 1614

Ioannes Carolus Chodkiewicz
Iacobo I regi Angliae
Thomam Buck commendat

F. 83 r Serenissime Rex Domine Domine clementissime.

Generosum Dominum Thomam Bok, subditum nobilem S.M.V., eo quod meretur virtutis suae carentem praeconio dimittere non licuit. Ea enim strenuitate, et fide, ea fortitudine memor Anglici nominis sub regimine meo, commissa muneri suo negotia expedit, ut nihil magis a quoquam praestari possit. Saepe cum hoste conseruit manus, saepe rem consilio iuvit non minori prudentiae quam militaris operae, specimine perenne gloriae capessendo decus. Quoniam vero sopitis aliquantisper Bellonae cineribus, in Angliam se conferat, brevibus hisce S.M.V. com-mendandum esse existimavi. Maiorem in modum humillimeque S.M.V. rogans ut benemerito radiis clementissimae Serenitati suae affulgere, eique redeundi ad me facultatem concedere benigne dignetur. Quod

reliquum est, servitia mea, ea qua par est observantia S.M.V. do con-
servoque. Datum Riga 9 Julii Anno 1614.

S.M.V.

Servitor promptissimus

Joannes Carolus Chodkiewicz

Capitaneus Samogitiae Generalis

In dorso: Serenissimo et Invictissimo Regi Jacobo Sexto Dei gratia
Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi etc etc, Domino Domino
meo Clementissimo.

Alia manu: Captain General of Samogitia, 9 July 1614.

N. 113

Goldingae, 3 Augusti 1614

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
falcones mittit; Thomam Buck commendat*

F. 85 r Serenissime Potentissime Rex, et Domine D-ne affinis Cle-
mentissime.

Perpetuam S.R.M-ti V-rae salutem toto animo comprecans, deditis-
simorum officiorum meorum promptitudinem deferro. Quum semper ex
litteris S.R.M-tis V-rae clementissimae erga me filiolumque meum,
S.R.M-tis V-rae susceptaneum adeoque totam domum meam affec-
tionis abundantiam et firmitatem perspexi, de ea nunquam ipsi
condignas agere gratias, multo minus officiorum debitum in vicem
rependere queo. Quantum igitur facultati meae defectum inesse agnosco,
tantum meum est in petendo studium, ut S.R.M-tas V-ra pro excelsa
sua virtute, humilimam grati animi contentionem clementissime ac-
ceptando, me immerentem regiae suae gratiae perpetuo commendatum
habere dignetur. De caetero non dubito quin S.R.M-tas V-ra illos, quos
ante annum S.R.M-ti V-rae misi falcones acceperit, brevi per Falcona-
rium meum alios non minus S.R.M-ti V-rae acceptabiles transmittam,
quos ne S.R.M-tas V-ra respuat summisso peto. Praeterea nonnulla ut
S.R.M-ti V-rae referat, Generoso Thomae Bock militum Praefecto in
mandatis dedi, cui ut S.R.M-tas V-ra indubiam fidem in hisce adhibeat,
meque super illa salutari responso non dedignetur obnixi rogo. Nova
quae in hisce nostris oris Polonicalibus gliscunt, combinata transmitto,
me filiolumque meum susceptaneum S.R.M-tis V-rae humilime et unice
S.R.M-ti V-rae commendo, et ut S.R.M-tas V-ra cum tota prosapia
regia in florentissimo omnis regiae prosperitatis statu divinitus diutis-
sime conservetur, toto animo comprecor. Datae Goldingae die 3 Mensis
Augusti 1614

S.R.M-tis V-rae Addictissimus et obsequentissimus affinis et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, D-no consanguineo, et Affini meo clementissimo.

N. 114

Gedani, 10 Septembris 1614

*Ianussius Radziwill
ad Iacobum I regem Angliae
proprium ablegatum, capitaneum Margeret, mittit*

F. 87 r Serenissime Rex ac Domine Domine Clementissime

Si mihi ea facultas daretur, ac voluntas adest Sac. R. M-tem V-ram adeundi velocius ave advolare in Angliam ad exosculandum S.R.M.V. manus. Sed cum per gravissima Reipublicae nostrae negotia, ac brevi futura Regni Comitia, id mihi nunc non liceat, saltem per praesentium latorem, fidelem meum Capitaneum Margeret officia mea paratissima Sac. R. M-ti V-rae humiliter deferenda officii mei esse duxi; obnixè rogans ut per eundem S.R.M.V-ra me de valetudine atque successibus suis certiore facere dignetur, Cum enim varii varia (quisque pro suo erga Sac. R.M.V-ram affectu) de statu regni Angliae disseminant nova, malui ex ipso fonte haurire aquam, et ut aliquid certi scire possim per dictum Capitaneum Margeret ad S.R.M.V-ram expresse ablegare. Qui et de statu Regni nostri, totiusque Moscoviae, et de aliis rebus fidei ipsius a me commissis S.R.M. V-rae ampliorem relationem oretenus faciet. Humillime S.R.M.V-ram rogo, ut ipsum benigne audire, atque in iis omnibus quae nomine meo referet, fidem ei S.R.M.V-ra adhibere dignetur. Interim me totum paratissimaque semper officia mea in gratiam Sac. R.M.V-rae humiliter commendo. Gedani 10 Sept. Anno 1614

Sac. R. M-tis V-rae

addictissimus servitor,

J.H. Radzivill, manu propria.

In dorso: Serenissimo Principi ac Domino D-no Jacobo Dei Gratia Magnae Britanniae Regi Fidei defensori Domino meo Clementissimo. *Sigill.*

Alia manu: To his Majesty the Prince of Ratzovil 10 Sept. 1614

N. 115

Goldingae, 12 Octobris 1614

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
falcones dono mittit*

F. 89 r Serenissime et Potentissime Rex, ac D-ne D-ne Consanguinee et affinis carissime.

Perpetuam S.R.M-ti V-rae salutem toto animo cum deditissimorum meorum officiorum promptitudinem defero. Ob praeclara a S.R.M-te V-ra in me collata beneficia haud videre potero, quam erga eandem Ser-mam M-tem V-ram grati et submissi animi mei significacionem, licet in dies pro viribus meis in id totus incumbō demonstrēm. In qualem qualem tamen gratitudinis arrham S.R.M-ti V-rae per praesentium exhibitorē Falconarium sex mitto falcones, quos ne S.R.M-tas V-ra respuat, sed aequi bonique consulat obnixe rogo. In maioribus si S.R.M-ti V-rae servitiis me submittere possem, unice est quod optem. Quam interea una cum Reginali sua M-te totaque domo Britannica, Deo Opt. Maximo ad multos annos diu et felicissime vivendum coelitus commendo. Datae Goldingae, die 12 Mensis Octobris, Anno Domini 1614.

S.R.M-tis V-rae

Addictissimus et observantissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo, Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, D-no consanguineo et affini meo clementissimo.

Alia manu: 12 8-er 1614. To his Ma-tie from the D. of Curland.

N. 116

Varsaviae, 23 Januarii 1615

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
Thomam Zamoycki commendat*

F. 91 r Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae, Hiberniae Regi fidei defensori, Fratri et consanguineo nostro charissimo, Salutem et fraterni amoris, atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps Domine Frater et consanguinee noster charissime. Illustris Joannes Zamosci Regni nostri quondam Cancellarii supremique Exercituum Praefecti summi in Republica bellicae ac pacis artibus clarissimi viri filius, Tomas Zamoscius Cnisiensis noster Capitaneus, cum propter praeclara parentis sui erga nos et Rempublicam merita tum etiam suam singularem eximiamque indolem (culus iam in hac iuvenili aetate magnum domi forisque omnibus dedit argumentum) est nobis multo commendatissimus. Qui cum rerum cognitionis et scientiae comparandae institutaeque rerumpublicarum, populorum ac Regnorum cognoscendi causa ad exteras proficisceretur, petiit a nobis ut se (quo facilius voti sui compos fieret, commodiusque et ex animi sententia

suum institutum perficere posset) Principibus Christianis consanguineis maxime amicis, cognatisque nostris, commendaremus. Non equidem dubitamus ipsum perinde ac alios excellentes viros ob virtutem M-ti V-rae commendatum fore, ut tamen eo faciliorem ad M. V-ram habeat aditum, petimus ut iuvenem genere ortum clarissimo maximis praeditum virtutibus, cognitionis

F. 91 v rerum, ac studio scientiae flagrantem, (si praesertim in re quappiam patrociniū M-tis V-rae interpellaverit) favore et gratia sua complecti velit, ut intelligat nostram apud M-tem V-ram commendationem non vulgarem fuisse, Idem studii humanitatis ac benevolentiae genus, si quando usus tulerit, M.V-ra a nobis expectatura. Cui studia officiaque nostra quam diligentissime commendamus, eamque bene ac feliciter valere cupimus et optamus. Datum Varsoviae die XXIII Januarii M DC XV Regnorum nostrorum Poloniae XXVII, Sueciae XXI.

Eiusdem M-tis V-rae

benevolus cognatus

Sigismundus Rex.

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo D.P. Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi Fidei defensori D-no consanguineo et cognato char-mo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: XXIII Jan. 1615. from the K. of Pologne.

N. 117

Varsaviae, 31 Martii 1615

*Ioannes Carolus Chodkiewicz
ad Iacobum I regem Angliae
Thomam Buck commendat*

F. 93 r Serenissime Rex Domine Domine clementissime.

Non solum benignitas S.M.V. quam litteris per Generosum Thomam Bokium ad me datis cumulatissimam experior, amplector, et ea qua par est observantia suspicio, verum propria Bokii merita, animus militaris fortia facta caeteraeque virtutes tanti apud me fuere, ut nihil magis optaverim, nihil ardentius concupiverim, quam postulata inprimis S. M.V. exaequi, Bokio deinde negotioque eius omnem impendisse laborem. Sensit Bokius et fatebitur, nihil a me praetermissum fuisse, feci quidquid facere potui, feci vero eo promptius, quo luculentius S.M.V. probo homini eidemque M.V. subdito data per me opera demereri, et illi aequa petenti gratificari liceret. Fatum ita tulit iniquum, sive statu rerum praepediente, sive non recte attentata, stipendiorum ipsius computatione, ut sua qua praebendit, ex publico referre debita votique compos, requirente ad S.M.V. in patriam si non opulenter alacrior certe redire nequiverit, Sed non omnis praecisa est spes, magis opportuna dabit illi hora, quod tantum temporis aut distulit aut denegavit spatium, ipse

vero submissee enixeque S.M.V. rogo, ut me ignotum licet et remotum longe paratissimum tamen ad omnia quaeque pro sublimitate S.M.V. et facienda et patienda radio illo benevolentiae suae semper perenni semper illustri fovere clementer dignetur. Servitia interim mea humillima S.M.V. quam diligentissime commendo, dedicoque. Datum Varsaviae 31 Martii Anno 1615

Ser-mae M-tis V-rae

servitor obsequentissimus,

Joannes Carolus Chodkiewicz

Capitaneus Samogitiae Generalis

manu propria

In dorso: Serenissimo et potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo, Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, D-no meo Clementissimo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 3 Martii 1615 to ye King from Jo. Chow. Cap-n of Samogitia.

N. 118

Varsaviae, 2 Aprilis 1615

Sigismundus III rex Poloniae

ad subditos suos Suecos

proprium ius in regnum Sueciae contra usurpatores Carolum et Gustavum Adolphum Wasa affirmat
(exemplar)

F. 95 r Nos Sigismundus Dei gratia Suecorum, Gothorum Wandalarumque rex. Magnus Dux Finlandiae, Caroliae, Watzschopotimiae a) et Ingermanniae, in Russia, Esthoniaeque in Livonia Princeps nec non rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Wolhiniae et Livoniae dominus, Vobis nostris fidelibus subditis, qui in regno nostro haereditario, Suecia, habitatis, et ecclesiasticis aequae ac secularibus inferioris ac superioris conditionis, ac communi plebi significamus, nos a morte immitis patris nostri, Ducis Caroli, aliquoties tam equestri ordini, quam illegitimo vestro regenti, Duci Gustavo Adolpho scripsisse, et coniunctim eos admonuisse, ut ab iniquo suo proposito, quod ipsius parens dux Carolus absque omni ratione et data causa, adversum nos inchoaverat et postea continuaverat, desisteret, perpendens primo aequitatem ipsam, quandoquidem legitime vigore juris divini et humani regnum adepti tanquam natus et haereditarius rex, atque ab omnibus regni inhabitatoribus superioris et inferioris conditionis, libere et absque ulla coactione sanguinisque effusione acceptatus, coronatus et homagio confirmatus. Quo jure nos culpa aliqua nostra cecidisse nunquam probari potest, quantumvis in

nos hoc quidam dictitent et summa fraude commenti sint. Obtuleramus etiam semper legitima et tolerabilia media, quibus jus nostrum in regnum Sueciae nobis competens, absque regni et inhabitatorum detrimento recuperaremus; sed nostra haec intentio optime cogitata hactenus a duce Gustavo et eius complicitibus plane repudiata est. Et verisimile videtur huiusmodi nostras literas maxima ex parte regni Statibus innotas esse; e contra vero mendacia

F. 95 v quaedam divulgata, quibus subditorum pars maxima non solum contra nos excitata et inflammata est, verumetiam cum vicinis regibus, potissimum vero rege Daniae bella mota sunt, per quae regnum hoc et eius inhabitatores omnia bona et possessiones suas amiserant, eorum magna pars occisa, imo cum dedecore et summo regni detrimento ipsi regni limites, provinciae, iura et libertates terra marique diminutae. Et quod verendum est, adhuc esse quosdam eo animo, ut priusquam nos recipiant, se perditum eant, et libentius se peregrino domino in perpetuam servitutem atque exitium (quod Deus clementer prohibeat) se dedant. Nuper etiam nobis innotuit, quod eiusmodi rumor in Suecia communiter sparsus sit, nos cum duce Gustavo inducias aut bene longas aut pacem perpetuam erexisse eoque omni nos juri, quod nobis et Illustriss. haeredibus nostris atque successoribus in regnum Sueciae competit, renuntiassse. Quod quidem fictum et imputatum nobis mendacium est. Nam omnino scire vos volumus, nobis nostrum jus regale regnumque charius esse, nec unquam nos et successores nostros ad id animum adiecturos, ut juri nostro haereditario renuntiemus. Cogitamus enim cum Dei omnipotentis imprimis, tum nostro etiam atque amicorum nostrorum consilio et auxilio, quocunque tandem modo id fieri potest; si non iusta et legitima acceptantur media, quod equidem optamus, hanc nobis factam iniuriam vi repellere et ulcisci. Quare hisce omnes vos regni nostri subditos, inferiores et superiores, ecclesiasticos iuxta ac seculares severe admonitos volumus, ne patiamini vos in eam

F. 96 r abduci sententiam, quasi nos et jus nostrum deserere et abalienare velimus, cum eius rei causam habeamus nullam, nec aliqua necessitate (Deo laus) id facere cogamur. Verum hoc vobis ideo persuadetur, ut de nostro desperetis auxilio, neque opem nostram imploretis; et hoc modo captet regens vester cum asseculis suis occasionem gravioribus vos exactionibus premendi. Quod vos etiamnum latere noluimus, sed omnibus, ad quos hae nostrae litterae pervenerint, praelectaeque fuerint, clementem hanc nostram voluntatem et propensionem erga se et regnum nostrum, hoc modo testatam volumus, ea spe freti, ut enixe aliquando incumbatis, quo ex hoc statu, qui miserabilis nunc est, et posthac fortassis deterior futurus, tandem emergamini; Qua quidem ratione regnum nostrum paternum, nobis id, qui eius legitimus Rex sumus, mendicantibus pacem et tranquillio rem statum recuperare possit. Neque dubitamus, quin multi reperiantur innocentes, aliorum speciosis verbis atque vi in hos errores abducti, qui forte optarent, ut id, quod factum est, infectum esset; Illis nos modo ad sanio rem mentem redeant, et suam obedientiam nobis de novo addicant, quicquid in nos peccatum est ignoscemus. Quod omnibus honestis regni nostri viris, quibus patria et aequitas cordi sunt, notum esse volumus, catheticum et optatum ad haec responsum prima quaque occasione expectantes, ad cuius tenorem res nostras postea disposituri sumus. Datum in Regia

nostra Warsaviensi, die 2 Aprilis, Anno regni nostri Suetici 21-o, polonici vero 28-o.

In dorso: King of Poland's letter to the Hanse Townes. (*sic*)

Alia manu: From King Sigismund 2 April Anno regni 28. 1627 (*sic*)

a) *Sic in Ms.*

N. 119

Varsaviae, 12 Aprilis 1615

Sigismundus III

ad Iacobum I regem Angliae

de tractationibus instaurandis Stettini circa pacem cum Suecis

F. 97 r Sigismundus dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae nec non Suecorum Gotorum Vandalorumque Rex Ser-mo Principi D-no Jacobo eadem gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori, consanguineo et fratri nostro char-mo, Salutem et fraterni amoris atque omnis foelicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps, consanguinee et frater noster char-me. Eo semper animo fuimus, ut causam nostram iusque haereditarium Regni Sueciae arbitrio et iudicio Principum Christianorum permitteremus. Etsi enim nec vires nec facultates nobis deessent armis asserendi et tuendi iuris nostri, cum tamen quantum Respublica Christiana inde acceptura sit detrimenti si vicinorum horum populorum arotissimo dudum inter se foedere iunctorum cognatus prope sanguis funderetur, perspiceremus, alienum a bello animum gessimus, et non nisi appetiti illata arma armis repulimus. Nunc quoque cum Ser-tas V-ra aliique Principes Christiani cognati et amici nostri cognoscendae istius causae partes sibi dari exposcant, annuimus libenter huic desiderio promptumque et sincerum animum nostrum pacis imprimis cupidum Ser-ti V-rae declaramus. Existimamus autem commode tractatus hos institui posse primis diebus Mensis Septembris proxime futuri Stetini Ducatus Pomeraniae Civitate Ill-mi Ducis Pomeraniae quo nos etiam Legatos nostros sufficientibus mandatis instructos mittere parati sumus. Quo Ser-tem V-ram legatos suos, qui et dignitatis nostrae et Juris haereditarii rationem habeant missuram confidimus. Efficere quoque Ser-tas V-ra velit ut reliqui qui ad hoc negotium suscipiendum tractandumque pertinent isthic adsint, declaratam hac in re erga nos benevolentiam mutuis officiis et fraterni amoris testificatione Ser-ti V-rae referre conabimur. Cui foellicissimos rerum successus diuturnamque valetudinem a Deo exoptamus. Datae Varsoviae die XII Mensis Aprilis Anno Domini M DC XV Regnorum nostrorum Poloniae XXVIII, Sueciae XXII anno

Elusdem Ser-tis V-rae

bonus frater,

Sigismundus Rex.

In dorso: From the K: of Poland (Sweden *expunct.*) to his Ma-ty, 12 Aprilis 1615.

Regiomonti, 9 Aprilis 1615

*Guillelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de rebus Curlandiae in comitiis Varsaviae actis*

F. 99 r Serenissime et Potentissime Rex et Domine, Domine consanguinee et Affinis carissime.

Literas Serenitatis v-rae ad Ser-mum Regem Poloniae D-num meum clement-mum intercessorias offerre suae M-tti, eo quod titulus Sueciae in iis fuerit omissus, supersedi. Ago tamen pro hisce et saepius mihi insignibus praestitis beneficiis, gratias quas mente mecum concipere potero maximas. De caetero Frater meus dilectissimus Fridericus et ego praeterita Comitia Regni non sine levibus sumptibus visitavimus, ut tandem nostram innocentiam et S.R.M-ti, et Regno adeoque omnibus hominibus testatam faceremus. Fuit quidem causa nostra publice proposita, sed ob finem comitiorum, quamvis instantissime ex nostra parte urgebatur, non definita, ita tamen proposita, ut omnes tam Senatores quam caeteri ordines in nostram sententiam inierint, causae nostrae bonitatem et innocentiam nostram contestati fuerint, prouti actoratus ex combinato causae statu latius apparet, quem ob meliorem informationem S.R.M-tti v-rae submisce transmittito. Miserat etiam Ill-mus Elector Saxoniae in gratiam nostram legatum suum ad comitia, qui etiam nostro nomine publice peroravit. Quemadmodum autem hactenus S.R.M-tas V-ra vere paterno amore me prosequuta fuerit, ita in posterum eadem erga me maneat, obnixae et devote peto. Deus Optimus maximus S.R.M-tem V-ram una cum Reginali consorte, nec non filio Regio successore unice dilectissimo diu incolumem conservet, rerumque successus sospitet felicissime. Quam divinae protectioni ad Nestoreos annos animitus, me autem, ut et S.R.M-ttis v-rae susceptaneum filium meum unicum Regio favori et clementiae summisce commendo. Datae Regiomonti Borussorum 9 Aprilis Anno 1615.

Sacrae Reg. M-ttis V-rae, Addictissimus et observantissimus Affinis et servitor,

Wilhelmus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo, Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino consanguineo et Affini meo clementissimo.

Regiomonti, 9 Aprilis 1615

*Fredericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
seipsum commendat*

F. 101 Serenissime atque Potentissime Rex ac Domine Domine Affinis Clementissime. Quae mea adhuc in M-tem V-ram extiterit ob-

servantia, quodve animi studium etiam nunc sit, si vel R. M-tas V-ra id indivinare, vel oblata re, ego quod mallet comprobare possem, nihil voto meo proprius contingere mehercule posset [] a) demonstrare, quod vere sic habet, cum alias a natura factus sim, ut agere nimis magis velim, quam sermocinari, praesertim cum Rege magnae Britanniae Magno, et mihi benignissimo. Sed forte frustra huius modi quid exopto, cum rei gerendae materia per fortunam nulla detur; utinam ea M-ttis V-rae benignitas in me sit, quae sua manu animi comprobandi occasionem mihi porrigeret, et voti mei compotem existimarem, et per fidem, non ignava, sed strenua opera id quod in adfectu est, effectui manciparem. Videt M-tas V-ra quod enitar, et vel sic eam me vidisse interim, opinor, satis erit, cum alia via non liceat. Regiam M-ttis v-rae benevolentiam litteris quondam meis perofficiose provocaveram, in vicinioribus Germaniae locis agens. Nunc cum subditus quidam eius in b) Britanniam recursoriam capiat, eandem bene acquisitam oblivione non amittendi, sed novo litterarum officio potius conservandi ratio visa fuit. Proinde denuo contendo, vel hunc meum adfectum Regio suo favore M-tas V-ra complectatur, more benignorum creditorum studiosa voluntate, donec fortunae beneficiorum, quod maxime cupio, solvere possem, sustentetur, et quem primis litteris amorem eduxi, continua quadam aura fovere non desistat. Quam semper felicissime valere, et perpetuo rerum augmento uti animitus precor. Datae Regiomonti, die 9 Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo decimo quinto.

R. M-ttis V-rae, Additissimus et observantissimus Affinis et servitor

Fridericus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Fridericus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo, Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 9 April 1615. To the King from Frederik D. of Curland.

- a) *Una linea totaliter illegibilis propter defectum chartae* b) *in add. su. lin.*

N. 122

Varsaviae, 22 Aprilis 1615

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de anglica societate mercatorum Elbingae deque damnis fisco regis
Poloniae ab eis illatis*

F. 103 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, necnon Suecorum, Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Jacobo, eadem gratia Magnae Britanniae, Franciae et

Hiberniae Regi, fidei defensori, consanguineo et fratri nostro charissimo, Salutem, et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps, consanguineus et frater noster char-me. Societatem mercatorum Anglicae nationis, quae voluntate Ser-mi olim Stephani Regis decessoris nostri, Gedamo Elbingam translata sede isthic posuit mercaturamque exercet, comperimus adeo mala fide cum iis qui portorii nostri rationibus praesunt egisse, ut singulis annis plus viginti millibus florenis damna hoc nomine ab illis fisco nostro illata aestimari possint. Id vero ut amplius ferremus, tantamque publicae pecunae iacturam fieri sineremus, minime rationibus nostris expedire iudicavimus. Quare dedimus literas nostras ad eosdem Anglicanae Societatis mercatores, nobis hoc maxime nomine, quod in ditione nostra mercaturam faciunt, obnoxios quibus eos fraudis et damni facti monuimus, ac ut rationes inirent, quibus fisco nostro per tot annos decepto satisfaceret, sedulo requisivimus, ac postremo cum portus Elbingensis sit elusmodi fraudibus et deceptionibus opportunus, neque portorii rationes, ob vanos multiplicesque recessus, quibus ii qui vel merces venum advehunt, vel hic coemptas exportant, solutionem vectigalis eludunt, recte discuti queant; ut sedes suas Elbinga, Gedanum, ubi antea habitarunt, collegiumque habuerunt, transferant, eisdem iniunximus. Id autem Ser-tem V. scire in primis voluimus, ut intelligat nos nihil nisi iustissimis causis adductos hac de re statuuisse, ac aequissimas habere facti nostri rationes. Quod reliquum est, Ser-tem V. benevalere ac prospero rerum fortunarumque successu frui, ex animo optamus. Datum Varsaviae XXII Mensis Aprilis anno Domini M DC XV Regnorum nostrorum Poloniae XXVIII, Sueciae vero XXII. Elusdem Ser-tis V-rae, bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo et fratri nostro charissimo.

N. 123

Gedani, 24 Aprilis 1615

[*Ianussius*] *Radziwiłł*

Iacobo I regi Angliae

adversus «factionem pontificiam» in Comitibus regni, eorumque rebus infectis dissolutione

F. 105 r Serenissime Rex ac Domine Domine Clementissime

Quod S.R. M-tis V-rae literis per Capitaneum Margeret allatis hactenus non responderim, in causa fuit tardior eiusdem adventus, et quod in itinere demum Varschoviensi ad praeterita Regni Generalia Comititia mihi redditae fuere: ubi variis publicis negotiis distractus hucusque debito fungi officio non potui. Spem mihi tamen indubitatam facit clementissimus S.R.M.V. erga me affectus, illam silentium hoc meum quo hactenus usus sum in meliorem interpretaturam partem. Nunc vero commodam nactus scribendi occasionem Deo opt. Maximo

immortales gratias ago, quod de incolumitate ac prosperitate S.R.M.V. intellexerim, eundemque ardentibus votis oro ut S.R.M.V. quam diutissime salvam ac florentem omnibusque bonis cumulatam conservet ad nominis sui gloriam ac Reipublicae Christianae emolumentum, confusionem vero omnium S.R.M.V. hostium. Nova nulla alia quae ad S.R.M.V. perscribam modo habeo, nisi quod Generalia Regni nostri Comitia ad optatum finem non sunt perducta propter perversas factionis Pontificiae technas qui non saltem libertatem religionis nostrae omnibus modis contra iura ac Privilegia Regni (aliquot Regum iuramentis firmata) oppugnant, sed et ipsas voces liberas opprimunt, ac perpetuum nobis hac in parte silentium imponere volunt, unde factum est ut Comitia rebus infectis sint dissoluta. Vt tamen externis, quae a potentia Turcica Regno huic impendere videntur, periculis consuleretur, Generalis Expeditio Nobilitatis necessitate exigente approbata est. Bellum vero Moscoviticum per Commissarios utraque ex parte nominatos componi debet, locusque ad hunc actum aliquot miliaribus a Smolensquo in mense Julio est assignatus; quamvis longe alia erat Cleri intentio, nimirum contributiones ad continuandum bellum hoc extorquendi et Principem Vladislaum cum exercitu in provinciam illam mittendi. Particularia quaedam hac in materia ad D. Thomam Moravium scripsi, ex quo S.R.M.V. omnia facile intelligere poterit. Ego officia saltem mea atque adeo me ipsum in gratiam S.R.M.V. quam humillime commendo.

S.R.M.V. ad omnia officia paratissimus servitor

Radzivill

Gedani 24 Aprilis Anno 1615

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino, Domino Jacobo magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei verae defensori, Domino meo clementissimo.

Alia manu: Aprill 1615 from P. Radzivill to his Ma-ty. 24 Aprill 1616

N. 124

Gedani, 29 Maii 1615

*Proconsules Gedanenses
Iacobo I regi Angliae
de mercatoribus Anglis attrahendis*

F. 107 r Serenissime et Potentissime Rex, Domine Domine Clementissime.

Etsi pro fama clarissimarum virtutum, qua Ser-ma Regia V-ra M-tas orbi terrarum innotuit, de voluntate Ejusdem Regiae V-rae M-tis erga nos, praeclara omnia expectavimus, persuasi in tam alto et illustri potentiae ac sapientiae gradu, benignitatis splendorem desiderari non posse; vicit tamen clementia Ser-mae R-ae V-rae M-tis expectationem nostram, iis literis, quibus superioribus mensibus causam Thomae

Knaggen, contra debitorem ejus, eundemque civem nostrum, commendare nobis dignata est, tanta cum testificatione propensae in nos voluntatis, ut ad summam gratiam nihil addi potuisse videatur. Vt enim taceamus quod Ser-ma Reg. V-ra M-tas, cum honore nostro commemorat, quibus adducta causis pro subditis suis lubentius apud nos intercedat, adeoque laudem optimo cuique Magistratui summopere expetendam nobis tribuit: Quam sane vocem omnium hujus aevi Principum laudatissimi, velut testem innocentiae nostrae, ut omnium bonorum exemplo maximi facimus, ita splendidissimis triumphis merito anteponimus; Quanti illud nos aestimare par est, quod Ser-ma Regia V-ra M-tas non tantum gratiam suam Regiam et nobis saepius deferre cupit, et civibus nostris, auxilium M-tis V-rae imploraturis, benigne pollicetur; sed etiam de reductione Anglicanorum commerciorum in hanc urbem, promptam suam voluntatem et curam clementissime testatur. Quae nos ut rara liberalissimae ac plane Regiae affectionis erga nos argumenta, merito suspicimus, ita Ser-mae Regiae V-rae M-ti summas hoc nomine gratias a nobis deberi agnoscimus, et nunc quas possumus, habemus et agimus maximas:

F. 107 v daturi sedulo operam, ut huius insignis et Regalis gratiae nunquam apud nos oblitteretur memoria, in subditis vero Ser-mae Reg-ae V-rae M-tis omni vicissim benevolentia complectendis atque iuvandis nullum genus officii aut studii a nobis praetermittatur. Quod ipsum et in administrando jure, memorato Thomae Knaggen, requisiti promptissime ostendemus, quanquam ipse vereri quodammodo videtur, ne propter inopiam debitoris sui, inanem hoc tempore habiturus sit actionem. Ad negotium Societatis Elbingensis quod attinet, de quo mandata Ser-mae R-ae V-rae M-tis nobiscum egit Generosus Patricius Gordonius; miramur quatenus sint causae tam graves, cur quidam Ser-mae R-ae V-rae M-tis subditi (de omnibus enim dici non potest) adeo hanc urbem aversantur, ut etiam cum ingenti suo incommodo ac detrimento, Elbingam malint merces suas quam huc convehere: cum tamen urbs nostra, per Dei gratiam, et loci opportunitate et commoditate portus, mercium denique abundantia, frequentiaque mercatorum, Elbingam, adeoque reliquas Prussiae civitates omnes longo intervallo superet. Unde non modo naves breviorum ac faciliorem appulsum, receptum, et stationem tutiorem habent, sed etiam commodius, ac breviori tempore et sumptu, ac simul totae onerantur et exonerantur, merces omnium generum citius, ac minori cum impendio, molestia et periculo distrahuntur, et coemuntur, mala nomina facilius evitantur aut emendantur, postremo navigatio pluries annuatim repeti potest: cum Elbingae haec omnia sint contraria. Audimus quosdam de nobis queri, quasi in aula S-ae R-ae M-tis Poloniae et Sueciae etc Dni nostri clem-
mi omnia in Anglorum incommodum hactenus moliti, etiamnum hoc unice struamus, ut violenter ab urbe Elbingensi arceantur, coganturque inviti solum hunc nostrum subire ac frequentare portum. Sed probari potest, nunquam hoc propositi nostri fuisse, quinimo ab asperioribus ac violentis modis, ad omnem lenitatem ac moderationem consilia pro viribus traducere ac flectere nos studuisse, postremo huc

F. 108 r tantum respexisse, ne in praejudicium communium Prussiae libertatum, commercia peregrinorum intra muros unius Civitatis Elbingensis concluderentur; et ita, quam ipsi legem sibi ferri Gedani

nollent, eam nobis et aliis Elbingae imponerent. Leuiusculum est quod praeterea inaudimus a quibusdam iactari, quasi non satis digne hic habeantur. In quo ut factum uniuscuiusque hominis praestari aut promitti nequit, ita operam nos daturos pollicemur, ne quid hujus etiam generis, quod ad hospitalitatis officia spectet, iure desiderari possit. Quae si experiri ipsis libeat, imprimis autem si Ser-mae R-ae V-rae M-ti non displiceat, certos homines cum plena facultate nobiscum hac de re tractandi, ad nos mitti, ita nos in parandis Anglicae genti commoditatibus, erga eos declarabimus, ut Ser-ma Regia V-ra M-tas clementissime intelligat, et ipsi subditi M-tis V-rae sentiant, nos ulla in re partibus nostris nequitiam defuisse; de quo Ser-ma Regia V-ra M-tas uberius ex ipso Gordonio cognoscet.

Quod reliquum est, Ser-mae R-ae V-rae M-ti una cum tota Regia domo diuturnam ^{a)} incolumitatem, cum felicissimo Regnorum suorum regimine, et immortalis nominis sui gloria coniunctam, ex intimis animis precamur, nostraque promptissima obsequia reverenter et demisse commendamus.

Datae Gedani 29 Maii Anno MDC^oxv^o

Ser-mae Regiae V-rae M-ti

Addictissimi

Praeconsules et Consules Reipublicae Gedanensis

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi ac Domino, Domino Jacobo Dei gratia Britanniarum, Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori etc D-no nostro Clementissimo.

a) diuturnam: *sup. lin.*

N. 125

Alba Aula, 18 Julii 1615

Iacobus I rex Angliae

ad Sigismundum III regem Poloniae

Ioannem Dickenson, legatum suum, commendat.

(exemplar)

F. 109 r Iacobus Dei gratia magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Rex, fidei defensor, etc Serenissimo Principi, Domino Sigismundo tertio, eadem gratia Regi Poloniae etc, magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae Livoniaeque, consanguineo et fratri nostro charissimo, salutem et foelicem rerum successum.

Serenissime Princeps, Consanguinee et frater charissime. Harum latorum fidelem et dilectum ministrum nostrum Joannem Dickensonum ad serenitatem vestram mandatis nostris instructum mittimus, ut vobiscum de quodam negotio agat, quod cuiusmodi sit, quantumque intersit, cum dignitatis nostrae, tum etiam amicitiae, quae nobis cum serenitate vestra intercedit, ut debita eius ratio habeatur (quod et futurum speramus) ex eiusdem latoris et delegati nostri sermone intel-

lgetis. Quapropter serenitatem vestram rogatam volumus, ut iis, quae nostro nomine expositurus sit, plenam fidem habere velit. Datae

Ser. V. bonus frater,
Jacobus Rex.

In dorso: Whytehall 18 July 1615. To the K. of Poland. a letter of credence for Mr. Dickenson.

N. 126

Gedani, 28 Augusti 1615

*Cives Gedanenses
ad universos
Ioannem Joost commendant.*

F. 111 r Universis et Singulis harum noticiam habituris, praemissa salute et officiorum nostrorum commendatione, notum testatumque facimus, Nos Proconsules et Consules Regiae Civitatis Gedanensis, quod cum praesentium exhibitor elegantis ingenii Juvenis Johannes Joost singulari quodam literarum studio continuandi et peregrinas Regiones perlustrandi, inprimis vero ea quae ad Architecturae cognitionem uberiores facere possit, addiscendi amore ductus, iter ad gentes externas suscipere constituisset, nosque maiorem in modum rogasset, ut eius sui instituti, ad vitandam omnem sinistram suspicionem et alias difficultates, quae peregrinantibus terra marique vel bellorum iniuria vel fortunae indignitate ut plurimum evenire solent, publicum sibi testimonium impertiremus, simulque communicatis litteris liberi passus, eum omnibus magistratibus, et qui in officio sunt, de meliori nota commendaremus: Nos attendentes Reipublicae plurimum interesse, in officiis publicis habere et variarum regionum et multarum rerum cognitione peritos, facere non potuimus, quin approbato honestissimo illius proposito hasce literas nostras ei communicaremus, eumque omnibus statibus tanto commendatorem redderemus, quanto magis eum omnium hominum gratia et benevolentia dignum esse iudicavimus. Proinde universos et singulos ad quos idem Johannes Joost pervenerit, praesentibusque literis requisiverit, reverenter ac diligenter rogamus, velint eundem Ioannem Joost cum propter expectationem ipsius singularem, tum vero ob nostram hanc diligentissimam commendationem, benignissime ac ea qua par est humanitate et benevolentia complecti, perfectionem eius terra marive institutam non impedire transitumque liberum et securum ut eo tutius vel commodius ultro citroque commeari commorarique possit, praestare ac concedere, sed etiam ad comparandam rerum ad Architecturam pertinentium cognitionem, clementiam, gratiam, favorem, benevolentiam, studium, operam et auxilium suum accommodare sibi eundem omnibus modis commendatissimum habere. Quod nos vicissim erga universos et singulos omnibus quibus possumus officiorum generibus semper promereri conabimur. In cuius rei fidem et evidentius testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum.

Datum Gedani vigesima octava die Mensis Augusti Anno D-ni Millesimo sexcentesimo decimo quinto.

In dorso: illegibilis. Sigillum arreptum.

Goldingae, 7 Septembris 1615

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de Magno et Gothardo Nolde sibi rebellantibus, a quibusdam nobilibus
occisis*

F. 112 r Serenissime et Potentissime Rex, D-ne D-ne Clementissime.

Etsi non dubito, quin Ser-ma Reg. M-tas ex nonnullis superioribus litteris meis aliquatenus cognoverit, qui hactenus a refractario quodam subdito meo, Magno Noldio calumniatus, apud S.R.M-tem Regem Poloniae inique traductus, et tandem cum homine illo, qui contra conscientiam suam et officium boni et fidelis subditi omnes fere subditos meos Nobiles a debita obedientia malitiose seduxit, in litem in aula regia descendere coactus fuerim. In qua perfidia, non solum praefracte perstitit, verum nuperrime a me et fratre meo dilectissimo Friderico Principe Mitobiae a) universae nobilitati nostrae publico conventu indicto, et ipse Noldius cum fratre suo Gothardo eundem accedens, venenata consilia nobilitati suggessit, et eo demum vesaniae processit, ut non sit veritus publice adhortari subditos, ne sese suis Principibus submitterent, tandem impia et iniusta postulata conscripsit, et nomine universae nobilitatis per nonnullos suorum asseclarum publice obtulit. Et quamvis maior et primaria pars Nobilitatis contra talia petita, utpote iniuriosa et iniquissima in scriptis protestabatur, nihilominus Noldy posthabitis honestis et salutaribus admonitionibus omnia susque deque ferre conati sunt. Rebus sicce stantibus motus in civitate nostra Mitoviensi per nostros milites noctu excitati fuerunt, in quibus Magnus Gothardus Nolly fratres occubuerunt. Cuius causam mihi mei mane retulerunt, quod nimirum frater Gothardus dum Capitaneum in Moscovia egisset, suo subcapitaneo nobili Gallo, qui aequae mihi erat a servitiis dolose interceperat stipendium, quod per talem sanguineam conditionem Gallo suisque commilitonibus oblata occasione repetere, sesque pedibus committere placuit. Quod factum ne quid sinistre S.R.M-ti huius nomine narretur postmodum S. V-rae M-tti summissem significandum duxi, humillime petens ut S.R.M-tas sibi meam personam velit habere commendatissimam, semperque prouti antea sua clementia et regio favore me prosequi dignetur, unice precor. Quam cum tota domo Regia divinae protectioni animitus commendo. Datae Goldingae die 7 Septembris Anno 1615.

Sacrae Regiae Maiestatis V-rae

Addictissimus et observantissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo, Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei Defensori, D-no consanguineo et Affini meo.

Alia manu: 7 Sept. 1615 from the Duke of Curland.

a) Mitobiae sic Ms.

Varsaviae, 8 Octobris 1615

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum regem Angliae
de accepta Ioannis Dickenson missione*

F. 114 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Litvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque, necnon Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Iacobo eadem gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori consanguineo et fratri nostro char-mo. Salutem et foelicem rerum successum. Ser-me Princeps et consanguinee et frater noster char-me. Ad ea quae Ser-tas V-ra per Ioannem Dickensonum nobiscum egit quid nos responderimus et quantopere Ser-tis V-rae iniuria afficiamur ex eodem mandatario suo intelliget Ser-tas V-ra simulque perspiciet nos amoris et benevolentiae amicitiaeque quam cum Ser-te V-ra initam omnibus officiis semper coluimus conservandae esse studiosos. Vicissim Idem facturam Ser-tem V-ram neque levibus de causis nostram erga Ser. Regiamque suam Domum optimam voluntatem aspernaturam omnino confidimus. Cui foelices rerum successus a Deo exoptamus.

Datum Varsaviae die VIII Mensis Octobris Anno Domini M DC XV
Regnorum nostrorum Poloniae XXVIII, Sueciae XXII Anno

Eiusdem Ser-tis V-rae

Frater amantissimus

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae Hiberniae Regi fidei defensori Consanguineo et fratri nostro char-mo. *Extat aliud exemplar fol. 116 in cuius dorso scriptum est:* Copy of the King of Polonia's letter of the 8-th of October 1615, st.no. to his Ma-ty. The beginning and subscription ar the same in the original which are in other of the sayde Kings l-res. This copy was [delivered *expunctum*] sent me by ye Secretary Kochansky.

Varsaviae, 8 Octobris 1615

*Gregorius Kochański, secretarius regis Poloniae
ad Ioannem Dickenson, legatum Anglicum
de libello contra regem Angliae typis edito a quodam clerico iurisdictioni ecclesiasticae subiecto*

F. 117 r Responsum Sacrae Regiae M-ttis nomine, Generoso Ioanni Dickensonno Ser-mi Magnae Britanniae Regis Internuncio.
Datum Varsaviae die VIII-o Mensis Octobris

Anno D-ni M DC XV-o

Exposuit oratione sua D.V. nuper coram Sac. Reg. M-tte D-no nostro clement-mo habita, nomine Ser-mi Magnae Britanniae Regis graviter Ser. Illius ferre, nomen famamque suam Regiam scripto quodam subditi Regiae M-tis hic in Regno in lucem edito laesam esse, petitque ut Regiae M-ttis in authorem et librum animadversione laesae dignitatis Regiae satisfaceret. Dolet imprimis Regia M-ttas D-nus meus clement-us quidquam hinc profectum esse quo Ser. Magnae Britanniae Rex offenderetur. Magni enim amicitiam fraternumque Ser-tis illius amorem semper fecit, ipseque adeo mutuorum officiorum testificatione cum Ser-mo Magnae Britanniae Rege certare semper voluit, neque nunc existimat hoc privati, et minus quod deceat expendentis hominis scripto, animi voluntatisque erga se pristinam Ser-mi Magnae Britanniae Regis propensionem immutatam vel diminutam esse. Nemo hactenus fuit, quem vel summa dignitas a calumniis immunem faceret, sed hae spretae citius vilescent, et veluti in coelum emissa iacula in ipsos autores recidunt. Caeterum ut Ser-mus Magnae Britanniae Rex intelligat Regiam M-tem hac illius Ser-tis iniuria affici, omnem adhibebit operam ut laesae hoc nomine Regiae illius dignitati quantum per leges Regni istius licebit satisfiat. Libellum proinde hunc, quo ad eam particulam quae continet mera in Ser-mum Magnae Britanniae Regem Ser-mosque eius maiores stirpis Stuartiae convicia, nihil habentia commune cum religione catholica et ecclesiae iuribus, omnino improbat M-ttas Regia quod et publice testabitur. Cum vero scriptor illius libelli sacri ordinis sit, in eum nihil M-ttas Regia statuere potest. Ita enim leges consuetudinesque huius Regni ferunt, quod in aliis quoque Christianis Regnis ac Rebuspublicis

F. 117 v observari notum est, ut ne Regibus quidem ipsis quidquam in homines eius ordinis liceat. In hac vero Republica amplissimus est ac primarius Ecclesiasticus ordo, maximis pollens praerogativis, cum summa in homines sui ordinis iurisdicendi potestate, quam Regia M-ttas sibi usurpare non potest, nisi Reipublicae statum mutare, et omnia perturbare vellet. Eam ob causam libri a personis ecclesiasticis editi, et de rebus ad religionem pertinentibus tractantes, non nisi ab iis qui sacris praesunt more institutoque huius, ut et aliorum Catholicae professionis Regnorum et Rerumpublicarum corriguntur. Serio nihilo-minus Regia M-ttas admonebit eum cui libelli author subest episcopum, ut in Ser-mum Magnae Britanniae Regem temere iacta, et libello inserta convicia ^{a)} delenda expungendaque curet, et iusta animadversione temeritatem scriptoris illius coherceat, quo caeteri illius exemplo a similibus ausis deterreantur. Abbatem Coprivnicensem ab hac culpa immunem existimat M-ttas Regia, quamvis enim is liber illi dicatus sit, eiusque iussu typis excussus ab authore asseritur, credibile tamen est illum ab eo vix prima fonte lectum, nihilque aliud eo nisi de religione quaestiones contineri persuasum habuisse. In Typographum ut ex iuris praescripto Magistratus loci illius animadvertat, mandabit M-ttas Regia. Haec Ser-mo Magnae Britanniae Regi D.V. referet illudque imprimis confirmabit. Regiam M-ttem D-num nostrum clementissimum eo esse erga Ser-tem illius animo, quo semper fuit et esse debuit, neque quidquam eorum unquam praetermissuram, quae ad stabiliendam conservandamque cum Ser-te illius amicitiam facere videbuntur. Vicissim quoque ea est Regiae M-ttis de Ser-mi Magnae Britanniae Regis erga se voluntatis propensione persuasio, ut minime

dubitet uberrimos ex amicitia illius Ser-tis fructus in se Domumque suam Regiam redundaturos. Id cognati sanguinis nexus, id ultro citroque praestita officia, id demum ea qua inter Reges salutis publicae causa intervenire necesse est, coniunctio requirit. Haec ut nomine

F. 118 r Regiae M-ttis Serenissimo Magnae Britanniae Regi D.V. renunciet benigne Regia Maiestas postulat, et eidem gratiam suam clementer defert.

Ad mandatum Sacrae Regiae M-ttis proprium

Greg. Kochansky, Sac. Reg. M-tis Secret.

In dorso: The K. of Polandes answer to Mr. Dickensons proposition.
Sigillum intactum.

a) convicia, *add. sup. lin.*

N. 130

[*Londini*], 9 Decembris 1615
(vet. st.)

*Iacobus I rex Angliae
ad Guilelmum ducem Curlandiae
pro falconibus gratias agit
(exemplar)*

F. 119 r Iacobus Dei gratia etc. Illust-me Princeps, etc. Literas vestras datas 21-o Septembris proxime elapsi, et falcones una missos accepimus, ac utroque nomine gratias agimus. Quod autem benevolentiae nostrae memoriam ita fovetis, et praedicatione gratitudinis plena celebratis, id quidem nobis per lucundum est, et animi vestri candorem libenter agnoscimus, vosque etiam atque etiam rogamus, ut persuasissimum habeatis, nihil a nobis, aut profectum, aut data occasione (cui minime defuturi sumus) profecturum esse, quod non dignissimum arbitremur tali animo et affectu tam propenso amicitiaeque et affinitati nostrae consentaneo.

In dorso: 9 Dec. 1615. His Ma-ty concer[ning] haukes, by Sebastian Lamberts.

N. 131

s.l., s.d.

*Ignotus [advocatus ducis Curlandiae]
[ad regem Poloniae]
causam contra dominos de Nolde praesentat*

Status Causae

F. 120 r Illustrissimi Principis Wilhelmi Curlandiae Ducis contra Magnum Nollium citatum.

I. Caput.

Citacio cum positione

Nollius non praestitit iuramentum neque recognovit.

Probatur.

1. Ratione Privilegii seu primaevae Investiturae de Anno 61.
2. Ratione Privilegii Nobilitati Coronae ab Ill-mo Duce Gotthardo Anno. 70. dati àque Divo Stephano anno 82 confirmati
3. Vigore praeiudiciorum, quod tota nobilitas a tempore subiectionis, sub certa forma in Recessibus comprehensa laudata et stabilita recognoverit et adhuc recognoscat, quae forma non modo Iuri feudali, est consona, sed etiam antiquitus tempore ordinis Teutonici, ut nimirum quis intra annum et diem sub poena amissionis, et ipso iure privationis feudum recognoscat prout hac in parte sub Magistro Plettenbergio praeiudicium in promptu est, observata fuit.
4. Vigore ipsissimi Magni Nollii ^{a)} parentis testamenti, ubi parens filios sub poena exhaeredationis admonet, ut intra legitimum tempus, quam primum ad iustam aetatem perventuri essent, recognoscerent, suosque Principes debite colerent et revererentur.
5. Vigore recessum ultimique de Anno 606, ubi denuo prior consuetudo repetita, literisque ne hominum memoria excideret commendat aeque nobilitate et ipsius etiam Nollii fratre Ioanne subscripta fuit.
6. Propria confessione ipsius Nollii, dum se fidei inclytae Domus Caronae addictum scribat, seque illi ceu ordinario suo Magistratui omnem subiectionem atque obedientiam debere testatur.

II CAPUT

Nollius non debita praestitit servitia contumax est et refractarius aliosque refractari fecit.

Probatur.

1. Ubi primum Carolus Sudermannus Dux intravit Livoniam adque mandatum S.R. M-tis Principes pro defensione patriae servitia requisivissent, Nollii haec servitia non modo non praestiterunt, verum alios ingestis gravaminibus
- F. 120 v* nonnullis (quae ipsissimo periculosissimo et moram nullam ferente belli tempore Principes ad importunitatem rebellium quorundam abrogare debebant) refragari fecerunt prout hoc docent aliquot moniteriales protestationesque Ducum nec non Regiae de puniendis refractariis literae.
2. Quondam requisitus ad praestanda servitia, ubi iam hostis pedem Livoniae intulerat, Idemque Anno 1602 prae foribus esset servitia non subministravit, sed copiis Lithuanicis literis licet Ducalibus revocatus se adiunxit.
 3. Insuper ubi hostis arcem Windoviensem obsedisset adque praestanda servitia saepius admonitus esset, ille tamen non nisi elapsis 59 diebus ubi iam iam hostis arcem praefatam expugnaverat, atque ad summam centum millium florenorum damnum dederat submisit.

4. Cum Ill-mus Princeps Anno 605 ad praestandum homagium S.R. M-tem accessisset, omnem illi lapidem movit, quo actum praestandi homagium solemnem interverteret. Gravamina enim quaedam tum temporis intrusit, quae legitimis iustissimisque rationibus a sua C. refutata atque duarum horarum spacio desuper habito consilio relecta fuerant, et ita tandem Ill-mus Dux ad iuramentum admissus.
5. Quomodo autem apud S.R.M-tem inclitosque regni ordines atque fere universos et singulos intra et extra regnum et patriam suae C. tam lingua quam literis gravis fuerit longum hic esset recensere. At pro reservatis

III CAPUT

Iniuriae a Nollio Ill-mo Principi illatae

Probantur

1. Ex superioribus breviter deductis.
2. Ex literis ad suum Principem iniuriosissime scriptis et ab ipsomet ad Maiestatem illius transmissis.
3. Ex sua delatione protestationem Principi suo gravem in proximis regni Comitibus interpositam: hisce autem dudum finitis demum inscriptam manasse ferunt.
Contra obiectiones Nollii.
Et quamvis superiora Nollius sana mente negare non possit, attamen forsitan obiceret: 1) Decretum contra Ill-mum Principem in contumaciam obtentum 2) Executionem illius.

Ad I. Respondetur

- F. 121 r 1. Sancta semper fuit Ill-mo Principi Regia M-tas, sancta Regia rescripta et placita.
2. At bona cum gratia sua C. humiliter sibi persuasum habet S.R. M-ti haud grave ferre, si coram sua M-te amplissimoque Senatu innocentiam suam contra Nollium submisce deducat.
3. Quamvis negotium hoc Tackumbi mediantibus Ill-mi Ducis Wilhelmi Domino fratre Duce Friderico Reverendissimoque Domino Episcopo Wendensi, aliisque fuerit transactum, praeter omnem tamen expectationem ab eiusmodi transactione recessit Nollius.
4. Propter adversam valetudinem Ill-mus Princeps personaliter Comitibus hic interesse, nec internunciis suis mandatum ad directe respondendum propter defectum Documentorum dare neque potuit neque etiam dedit, Secretarius enim penes quem instrumenta erant dum legati abituri essent, moriebatur.
5. Cum igitur Ill-mus Princeps taliter impeditus non fuit auditus, proinde quaedam decreto inseri fecit Nollius quae in citatione plane non habentur.
6. Contra iura feudalia (secundum quae tamen, sicut et de notoria et recepta consuetudine Germaniae feuda, exercitiumque iurisdictionis percommode et utiliter dividi possunt) Ducaliaque divisum esse Nollius nunquam probavit, siquidem vigore privilegiorum superius allegatorum, testamenti paterni pactorum fratrum desuperque obtentae Regiae confirmationis et ratificationis, non Duca-

tus ipse fuit divisus, sed ratione commoditatis proventuumque conventionem saltem tempore confirmationis authentice exhibitam, ad omnimodam S.R.M-tis approbationem Iusticiam utriusque Principis consiliariis iudiciis praesidentibus iuratis vasalli agnoverunt, nec unquam impugnaverunt.

7. Iudicium parium non modo in iure communi (cui Ducatus iste subiacet), verum etiam antiquissima consuetudine Livoniae quae semper in viridi fuit observantia adeoque a D. Stephano Rege Anno 82 approbata fundatur. Exemptionem vero nullius subditi fieri debere a Sac. M-te sit cautum

Ad ss. quoad executionem.

Respondetur.

1. Prima vice Nollus illam non observato iuris ordine attentavit.
- F. 121 v* 2. Non legitimus Terminus (fuit namque saltem 59 dierum) est praefixus.
3. Nec literae innotescentiae ab immissariis, manibus et sigillis suis subscriptae et minutae fuerunt.
4. Nec copia Regii mandati fuit transmissa, quod mandatum neque in Termino parti apertum.
5. Nec vigore mandati Regii omnes consilarii Piltenses sed saltem duo affinitate Nollio iuncto immisoriali actui interfuerunt prout desuper protestationes interpositae latius testantur.
6. Secunda vice nec literae innotescentiae ab immissariis fuerunt subscriptae et subsignatae.
7. Anticipando adventum Ducalium mandatariorum iidem Immissarii (non attento eo, quod tum temporis Ill-mus Brandenburgensis Elector inter Ill-mum Principem et Nollum Regiomonti utraque parte praesente amicales attentaret tractatus) violenter praedium Kalethen intrarunt, atque vigore desuper officiose interpositae protestationis occuparunt.

Quare cum haec omnia ita se habeant, petitio Ill-mi Principis eo directa est, ut cum Commissarii nulliter in ipsa intromissione processerint, feudum a Noldio ita vi occupatum Principi cum omnibus fructibus damnis interesse et expensis integre restituatur. Propter vero a Nollio non praestita vasallagia et militaria servitia, totque commissas felonias et Domino illatas maximas iniurias in recantationem condemnatur, et aliis poenis quas veteres Romani etiam ad capitis periculum deducunt, secundum eius merita subiciatur. Praeterea cum Princeps inter alia etiam ita apud S.R.M-tem traductus sit, quasi S.R.M-tis responso et mandato contentum habuerit, cuius tamen obiecti criminis sese Princeps coram Deo quem nemo fallit et S.Reg. M-tate insontem esse sana et integra conscientia adfirmare potest.

Quapropter ne calumniatoris huius impostura impunita maneat a Regia M-te humilime petit Ill-mus Dux, et ipsi delatoris nomen haud gravatim indicetur, quo ab obrecto crimine se non solum liberare iniuriamque sibi illatam vindicare, sed et ipse delator

F. 122 r calumniae huius impudentissimae poenam iustissimam obeat. Subiectissime etiam rogat S.R.M-tem Princeps Clementissime

pro innata eaque regia benevolentia sui erga subditos rationem habeat, ut si quidam subditorum, ut iam ab aliquibus factum est, R. M-tem in posterum quoque importunis precibus molestet, mandata namque cum neque sine clausula subministrentur, antequam Princeps legitimis suis defensionibus plene auditus sit. In humilima enim sunt opinione, quod Principibus Regia M. hoc non denegabit, utpote quod Principes iuxta privilegiorum tenorem communi iure utentes, eo etiam ut in Livonia receptum frui posse sperent, cum praesertim hoc beneficio et Magistratus autoritas conservetur et subditi eo melius in obedientia contineantur, Regia M-tas paterne cogitet, quam Principes praeteritis in bellis bonis et sanguine exuti pro inclyta corona fere ad egestatem contulerint, quam trinis vicibus ultra Dunam contra hostem ad arces Wittgenstein, Derpatum, Welinum suo commeatu sese obiecerint ad 300,000 Thaler omnemque suppellectilem in Castris Window, Duckum et Hasaw amiserint, aliaque quamplurima damna non solum ab hostibus, sed nuperrime etiam a propriis subditis praesertim a Donhofio ad centena millia florenorum illis illata sint, quae procul dubio non contigissent, si subditi antea in officio retenti fuissent. Minime itaque dubitat Princeps S.R. M-tem obedientiam subditorum Ducibus post hac salvam sartam et tectam esse velle, ne nimia illorum licentia posthac Ducibus et Reipublicae damno futura sit.

Ultra haec non ita pridem aequè quidem Ill-tatis suae subditus Nobilis Jacobus a Swerin, Cui antea nunquam cum Illustrissimo Principe negotium intercesserat Ill-mum Principem Wilhelmum non saltem ad Aulam Regiam et quidem post curiam fecit citarier. Verum etiam se a iurisdictione Ill-morum Curlandiae Ducum sine ulla iusta causa et praeter omnem humanam expectationem fastuose admodum eximi. Cum autem insolentis huius subditi insolentia et malitia in Deminutionem iuris privilegiorum regaliū inclyta Domus

F. 122 v Curlandae vergat; quippe vigore recessum et Ill-mae Domus Curlandiae Investiturae horum omnium hactenus pacificae fructuonis subditus si quid negotii adversus Dominum suum habeat, non statim ad supremi Domini Tribunal convolet, sed in patria coram patribus curiae experiatur iure. Quare ut ad officium praefatus Swerinus redeat, petit Ill-mus Princeps praetactam citationem cuius contenta admodum iniuriosis verbis subiacent, nec unquam probari possunt, una cum exemptione, quemadmodum S.R.M. ante Ducibus regie cavit, neminem postmodum exemptum iri a iurisdictione Ducum, Lit[eras] G.G. cassari, et eundem cum asserta sua actione si qua illi postmodum competat, ad forum competens nimirum ad iudicium parium remitti. Sin minus, quod tamen Ill-mus Princeps nunquam sperat, de obedientia et honore erga Magistratum quod in Christiana Reg. dolendum foret, praesertim rebus sic stantibus bellicoso hoc tempore actum erit.

Ultimo loco cum S.R.M-tas mentionem quoque fecerit, quod gravamina quaedam sub nomine totius nobilitatis Curlandiae, contra Principem et Ducem Wilhelmum a Magno Nollio oblata sint, quorum copia magno Regni Marescallo Principi data sit, certo autem Principi constet, in talia aliquot ex Equestri Ordine non consensisse. Verum Nollium paulo ante comitia in absentia Principis variis privatis conventiculis coactis illos praeter aliquot suos amicos ad subscribendum vel metu vel promissionibus contra ipsorum praestita iuramenta induxisse.

Vt igitur si in illa opinione quidam perfracte manere velint, de eorum nominibus, vel etiam totali subscriptione omnium Princeps certus

sit, cum quibus et contra quos super illis plane effectis, nec in animum unquam Principi venientibus gravaminibus sibi agendum et suis exceptionibus utendum sit. S.R.M-tem submitte rogat Princeps Magno Nollio clementissime atque severe mandat, ut ipse suum praetensum mandatum et plenipotentiam exhibeat et Ill-mo Principi eius copiam veram communicet.

Denique annectitur sub lit[eris] Ff, patratum ab Ernesto Nollio facinus in SS. Trinitatis imaginem.

Super hisce igitur omnibus, Dux et princeps non duntaxat S.R.M. opem et auxilium humilime implorat, verumetiam responsum Reg. M-tis desideratissime et subiectissime expectat.

In dorso: 1615. The D. of Curlands proces.

a) *sic in Ms.*

N. 132

Varsaviae, 24 Januarii 1616

Sigismundus III rex Poloniae

ad Sultatum [Achmet I]

*de invasione terrarum Poloniae a Chano Tartarorum conqueritur; nuncium mittit
(exemplar)*

F. 124 r Litterae Regis nostri Sigismundi ad Imperatorem Turcarum

Ser-me Princeps etc. Non latere Ser-tem V-ram existimamus quemadmodum hoc ipso autumno Chamus Tartarorum cum exercitu fines nostros nobis minime id sperantibus, et foedere inter nos et Ser-tem V. isto nihil hostile eventurum existimantibus, ingressus Provincias ditionesque nostras populatus sit, caedem ingentem innoxiorum hominum fecerit; oppida et villas ferro et igne absumpserit, captivos in miseram servitutem obduxerit, pecorum pecudumque greges abegerit, neque quidquam eorum quae ab infensissimo hoste fieri solent praetermiserit; facile quidem nos gravem et acerbam istam subditorum nostrorum iniuriam ulcisci potuissemus; ultro enim sese offerebant, bonis fortunisque exuti homines nostri, qui ut refferendae iniuriae potestatem illis faceremus flagitabant, sed nos memores quid hac de re mutuis foederibus praescriptum sit, impetum quidem subditorum nostrorum arma poscentium repressimus, ad Ser-tem vero V. Generosum Gregorium Kochansky, Secretarium nostrum, cui mandavimus ut imprimis Ser-ti V-rae referret, nos ea esse erga Ser-tem V-ram voluntate qua maiores nostri qui cum Ser-ma domo Ottomanica pacis et bonae sinceritatis iura diligentissime coluerunt vicissim quoque de Ser-tis V. erga nos animo certam nos habere fiduciam, et omnia ea quae ad conservandam nobiscum amicitiam pertinuerint, ut praecipue de quibus pactis foederibusque inter nos cautum est, Ser-ti V-rae facturam certo nobis persuadeamus. Pluribus haec nuncius noster exponet, cui ut Ser-tas V. fidem habeat amice postulamus. Quod reliquum

est Ser-tem V. bene valere cupimus. Datum Warsoviae die XXIII
Januarii Anno 1616.

Ser-ti V-rae

benevolus Amicus

Sigismundus Rex.

In dorso: Copie of ye King of Polands lettre to ye grand Seig-r.
24 Jan. 1616

N. 133

Elbingae, 16 Martii 1616

Thomas Larding

ad Radulphum Winwood

de rebus politicis Poloniae et de rebus ecclesiasticis civitatis Elbingensis

F. 125 r Right honorable, I havinge byn bould to trouble your Honor with my rude lynes of the 16-th of Januarie laste (newe style) esteeme it my dutie to continewe the advertisinge of such thinges as sence that tyme have passed heare concerninge that subject, I still being in good hoope your honor will bothe beare with mie bouldnes, and conster mie rude lynes to the beste. Yt maie therfor please your honor to understand that sence mie sayde, the Imbassador ffor Turke is dispatched awaie, as maie appeare by the coppie of the Kings letter which I send heerwith. The Parlament is certainlie to be houlden at Warshowe the 28-th of April next, aboute the which a land daie (or Sinick as the Poles terme it) was hear houlden at Marienburch in Prewsen (4 miles hence) the 8-th of this month, whear was elected and chosen Burgesses of this Profvince to goe upp to the Parlament unto whom amongst other things ther was geven them order in ther Instructions to move the Kings Maiestie of Poland and the Senators seariouslie to punishe the Chanon of Sandemires, and the Printer for making and printinge the slaunderous Booke against our most Gracious Soverygne, what effect this will take, tyme will show, and I will advertise when I shall have certaine knowledge. At the saide landdaie ther was an agreement made betwixt the lords of this Cittie and the Bushope of Heylsburge about there Cathedrall Churches in this Cittie (which hee desired to have, and for not deliverie wheareof unto him this Cittie was outlawed), as namelie the Buschope doth wholie and absolutlie disclame and renownce for ever unto this Cittie all the clayme, Interest and tytyle which hee or his predysessors have had unto the Cheefe Church in this Righte Cittie and the revenues therof, In lue wherof they doe geeve presentlie the Church in the ffortowne and (within 4 yeares next cominge) are to builde him ane other Church within this Right Cittie of Elbinge, and are to geeve him a yearlie stypend for the preests maintainaunce uppon condition that noe Jesuits shalleaver hereafter bee placed in anle of the said Churches upon fforfeiture of the sayd Churches nowe geven and to be builde ffor them, and this to bee by the next Parlament conferred. Thus much

I thought fitt to certefy your honor of, and soe with Reamembraunce of mie humble dutie, I committ your honor to gods holie protectione, and mee unto your honours ffavorable Patronadge according to mie humble petition in my last letter. Elbing the 16-th of March 1616
stilo novo

Your honors most humble servant

Thomas Lardinge

In dorso: To the Right honorable Sir Raffe Winwoode, Knight, Cheiffe Secretarie of State unto the Kings most excellent Ma-tie of great Brittain, and one of his Ma-ties Right honorable privie counsel in London.

Alia manu: 16 March 1616 from Mr. Larding at Elbinge. *Sigillum effractum*

N. 134

Varsaviae, 30 Junii 1616

Patricius Gordon

ad Radulphum Winwood

de rebus « Eastland Company » Elbingae, de relationibus cum Moscovia, de oppositione religiosa in Prussia Ducali contra Brandenburgenses

F. 127 r Right honourable,

The King of Poleland did give me no audience until the 24 day of this instant. Manie excuses of the dilatioun wer pretended, but the cheef reasoun was not mentioned, as now I easelie perceave, for having gotte presentlie a favourable answer to his Majesties letter (concerning his Majesties owne adoes) by word, which shortlie is to be effected, I was remitted to the Vice-Chancellour concerning the Companies busines. Who yeasterday first tolde me, that I could have no certane answer, until the cite of Elbing did resolve, whether they would satisfie the kings will or no. Wherby clearlie appeareth the true cause of the former dilation, wherof I have at lenth advertised the Companie of Eastland Merchantes, and ther Commissioners at Elbing, expecting here ther directioun.

In the late Parliament here was no singulare thing concluded, onlie tuo subsidies wer granted to assist the Prince Ladislaus to goe against a) the Muscovites, who will accept of no conditions of peace, unles they be satisfied for all the wronges done to them in the late warres, Which all Poleland is not able to do. To his jornie in harvest preparation is making.

The Ecclesiasticque Estate is presentlie here quiet. But in Prussia Ducali there is no b) final dissension risen betuene the Prince Elector of Brandenburg and certane noble men Lutherians, who dissobeying him would be subiect onlie to the immediat superioritie of the King of Poleland. pretending the Electour to be myndful to alter the religioun. Which controversie is lyke to be the beginning of greater troubles.

Not willing to interturb your honours greater adoes with ydle occurrences, but wishing the increase of your honour and wealth, and confiding in your former favour, I duetifullie take my leave,

Your honours

most addicted

Varsaw the 30 of
June, 1616

Patrick gordon

In dorso: To the right honourable Sir Raphe Winwood Knight, one of his Ma-ties principal Secretaries at Court. *Sigillum*

Alia manu: 30 June 1616 from Mr. P. Gordon.

a) against *add. sup. lin.*

b) *lege* one

N. 135

Heidelbergae, 24 Sept. 1616

Radziwill

ad Iacobum I regem Angliae

*de duobus templis (uno Reformatae, altero Augustanae confessionis)
Poznaniae destructis*

F. 129 r Serenissime Rex ac Domine Domine Clementissime

Vereor quidem ne hoc pro temeritate mihi imputetur, quod ausim literis meis militari simplici stylo scriptis interpellare Sac. R. M-tem V-ram: Sed cum huc Hedlibergam ad deosculandas manus Serenissimae Principis filiae Sac. Reg. M-tis V-rae data opera venissem, ab ipsiusque Serenitate de expeditione presentis tabellarii in Angliam rescivissem: malui eam in partem peccare et pro idiota me exponere, quam occasionem tam opportunam ad testificandam meam ad servitia Sac. R. M-tis V-rae promptitudinem amittere: humillime rogans ut Sac. R. M-tas V-ra simplicitati meae ignoscat, meque sua solita gratia prosequi non delignetur. Qualis sit nunc rerum in Imperio status, non dubito Sac. R. M-tem V-ram ab aliis sufficienter edoctam esse. Polonia nostra nihil novi, boni praesertim habet: hoc saltem ad praeteritas Evangelicorum calamitates et persecutiones recenter accessit, quod praeterito mense Augusto Poznaniae (quae Metropolis Superioris Poloniae est) duo templa, unum Reformatae, alterum Augustanae Confessionis funditus sunt diruta, mulctaque inaudita imposita ne de novo reedificentur. In Prussia Ducali contra Illustrissimum Electorem Brandenburgicum, aliquot ex beneficiariis ipsius turbas movent: cuius instinctu, Sac. Reg. M-tas V-ra ab agente suo abunde intelligere poterit. Serenissima Princeps filia Sac. R. M-tis V-rae, una cum Illustrissimo Electore marito optime per Dei gratiam valent, venationi modo operam dant: Ego ante biduum huc per postam veni, et per postam lepores sequi Anglico more disco: crastina die Deo volente hinc discedere vellem, et recte ad Electorem Saxoniae me conferre, ubi quicquid in negotio religionis effecerim, Sac. Reg. M-ti V-rae prima occasione significare

non intermittam. Cujus gratiae mea paratissima officia atque adeo me totum humillime commendo. Hedlibergae 24 Sept. Anno 1616.

Sac. Reg. M-tis V-rae humillimus servitor,

Radzivill

In dorso: Serenissimo Principi ac Domino Domino Jacobo Dei Gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori,, D-no meo Clementissimo.

Alia manu: 24 Sept. 1616. From Prince Radzivill to his Ma-ty.

N.136

Varsaviae, Septembri 1616

Sigismundus III rex Poloniae

ad status Prussiae

decretum suum contra Elbingenses, qui ecclesiam parochialem usurpaverunt, confirmat et urget

F. 131 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae, M. Dux Lithuaniae, Russiae, P.M. rex nec non Suecorum G.W. Haereditarius Rex.

Universis et singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Vice Capitaneis, tenentariis, Burgraviis, Proconsulibus, Consulibus ^{a)}, Advocatis, Scabinis et quibuslibet aliis dignitariis officialibus terrarum nostrarum Prussiae. Sincere et fideliter nobis dilecti. Publicatae sunt iam pridem universales literae nostrae, quibus Magistratum totamque communitatem Civitatis nostrae Elbingensis, ratione usurpatae et non restituae Ecclesiae Parochialis, itidem in poenam bannitionis et proscriptionis incidisse pronuntiavimus. Ac ne quispiam subditorum nostrorum quocumque praetextu, cum illis commercia exercere, aut quovis modo communicare praesumerent, sub poena confiscationis inhibuimus. Intelleximus tamen plurimos eorum dicto nostro contravenire, sese dictis decreto nostro refractariis et proscriptis, partim relictis solitis domiciliis, adjungere, partim commercia cum illis exercere bonaque sua transferre. Quam ob causam spectabili Petro Vastovio Fiscali nostro Prussiae, in mandatis dedimus, ut in transgressores mandati nostri diligenter attendat, eorumque personas ac bona mobilia ac immobilia, ubicumque locorum reperta fuerint, arresto

F. 131 v subiciat, ac pro fisco nostro vindicet et agnoscat. Quod ad noticiam synceritatum ac fidelitatum vestrarum deducimus hisce mandatis, ut Commemorato spectabili Petro Vastovio fiscali nostro, in exequenda hac voluntate nostra, serio omnem operam et studium ubi requisiti fuerint, praestent, praestarique curent pro gratia nostra. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas, sigillo regni communiri jussimus. Datum Warsoviae mense Septembri 1616, Regnorum nostrorum Poloniae 29, Sueclae vero 23 Anno.

In dorso: The K. of Polands manifesto concerning Elben.

a) Consulibus, *add. s. lin.*

Ignotus

ad usum officii

abbreviata redactio litterarum de rebus inter Sueciam et Ducem Curlandiae actis a. 1617

F. 133 r Summa literarum Gustavi ad Principem Vilhelmum Curlandiae 6 Januarii Anno 1617

Primo dolorem suum significat ex differentiis nominati Principis cum R.M-te perceptum, in quibus decretum adeo aggravans prolatum sit, cuiusque executionem DD. commissariis demandatam intellexerit. Serenissimum Regem cum Senatoribus occasionem quaerere et praetextum, quo principes Ducatu privent. Cum vero per hoc non nisi negocium religionis agitetur, ipsique Duces Germaniae gentis atque sanguinis sint, ideo ad id se Gustavus declarat, quod si a R. M-te arma adversus Ducem sumantur, ipsique Gustavo tempestive significetur, atque auxilium illius expetatur, sine mora subvenire Cels. suae velit; quam voluntatem suam Ducem Vilhelmum Farensbachio declarare debere.

Puncta Instructionis Schrapheri cum Ducibus Curlandiae sub manu Schrapheri de dato 6 Januarii Anno 1617

Gustavus promittit etiam Induciis inter Poloniam et Sueciam perfectis, nihilominus Ill. suis Cels-nibus militibus, pecuniis et munitione bellica succurrere, eo modo quo posthac inter se convenire et ex usu Ill. suarum Cels.-num esse possit a).

Nullis vero induciis percussis Gustavus Cels. suarum earumque terrarum atque hominum defensionem omnino in se recipit, viresque omnes defert.

Eo casu Farensbecius cum militibus suis arces et portus consensu Cels. suarum occupabit, quo Gustavus eo securius provinciam ingredi possit, arces vero et portus in potestate Ill. Cels. suarum permanebunt.

Ad catheticam Ill. Cels. suarum resolutionem Plenipotens cum illis tractandi et assecurandi potestatem habet.

F. 133 v Ex literis Secretarii Helfreichs ad Volmarum Farensbach de dato Karselz Februarii Anno 1617 cum subscriptione

Haud consultum putat, causa nondum penitus cognita, nec Principis animo explorato, sese in illa loca conferre, non solum ob rationes allegatas, sed etiam absente principe, qui iam apud Electorem Brandenburgensem Regionem commoraretur, quae regio fortassis cum aquila alba suas habebit differentias, prout et ipsi et Regio Gubernatori quidam mense Decembri Dresda ab Electore Saxonico per Regionem in Insulam Oesell veniens pluribus fundamentis retulisset.

Transmisit Farensbachio per Christopherum Richter transumptum Instructionis Gustavi, in quo uterque Dux et Farensbecius se firmiter fundare possent. Rogat ne Farensbecius etiam proprii sui commodi gratia, causam suam propalet, sed tempori adhuc omnia committat, cum exitus tam Commissionis Curlandicae, quam capitulationis Induciarum Polonicarum nulli hominum, sed soli Deo cognitus.

Postremo iterum rogat, ut neque Gustavo neque sibi intempestive damnum inferat, sed potius, 1) ad convocationem Varsaviensem 2) exitum Curlandicae Commissionis, et 3) Principis intentionem probe respiciat ^{b)}.

Ex litteris originalibus Schapheri ad Farensbach Datis Wittenstein 12 Febr. Anno 1617

Mittit ad Farensbachum cum aliis rebus litteras Gustavi ad Principes Curlandiae, cumque Gustavus fidei Farensbachii tantum tribuat, atque promittat Farensbachius omnem operam adhibebit, quo animum utriusque Principis aut saltem iunioris exhibendo litteras Gustavi demulceat ^{c)}.

Ex litteris Bernardi Helfreichs ad Volmarum Farensbach, Datis Wittenstein 13 Februarii Anno 1617 originaliter

Responsum Farensbecii de dato Dunamundae 9 Februarii percepit. Respondet sibi nihil gratius accidere potuisse, quam ut in termino praefixo ad Farensbachium se contulisset, si sine suspitione, et causae impedimento integrum fuisset, neque enim de induciis, neque de affectione iunioris Principis certi quid haberi posse. Quare Helfreichio non sine periculo istae commorandum esset.

Ex litteris originalibus Schapheri ad Farensbecium. Datae Renaliae 12 Aprilis Anno 1617

Ablegaretur Secretarius tum ob procrastinationem, tum ut Farensbachium ad negotium promovendum incitet, tempus enim alias maximo cum ^{d)} damno laberetur. Richterius progredi, non vero dubiam Ducis Vilhelmi resolutionem expectare debuisset.

In dorso: Summa litterarum Gustavi ad Principem Vilhelmum Curlandiae 6 Januarii 1617

a) *Alia manus addit in margine:* Nihil unquam eiusmodi ad Principem Curlandiae seniore Fridericum perlatum est.

b) *Alia manus addit in margine:* Ex hisce et sequentibus patet litteras superiores de dato 6 Januarii nondum hoc tempore traditas fuisse Vilhelmo Principi, ac proinde Medio

Commissionis tempore Sueticae oblationis ignarum plane fuisse.

c) *Alia manus addit in margine:* Animum senioris Principis Friderici nunquam pertentare ausus est, sed litteras ad eum datas asservaverat, postea autem secuta proditio eius, sugillando famam Principis Friderici R.M-ti Poloniae miserat.

d) cum *add. sup. lin.*

N. 138

Lublina, 8 Augusti 1617

*Ianussius Ostrogoski
ad Iacobum I regem Angliae
commendat David Gurleium*

F. 135 r Serenissime Rex Domine Domine Clementissime

Servitia et studia mea M-ti V-rae humiliter deferro.

David Gurleius incola meus Tarnoviensis cum in Scotiam abire cuperet, petit a me ut litteris meis ipsum adjuvarem negotiaque ipsius

Maiestati V-rae commendarem. Qua in re facilem me ipsi praebui, non modo quod ad eiusmodi officia aliis praestanda pietate, et humanitate adstringamur, sed multo magis, ut occasionem testificandorum M-ti V-rae meorum studiorum haberem: quae cum M-ti V-rae antea iam addixerim, perseverare in iisdem volo, ut pote cui nihil optatius contingere possit, quam ut perpetua observantia mea M-ti V-rae perspectissima sit, et me gratiae ipsius magis ac magis compotem videam. Quantum ad causam Davidis Gurlei adinet: etsi eum, ut naturalem M-tis V-rae subditum M-ti V-rae satis commendatum esse sciam, ut tamen petitioni ipsius satisfaciam, rogo humiliter, ut M-tas V-ra gratia et clementia sua Regia, qua erga omnes utitur, erga ipsum quoque uti dignetur, cum in omnibus aliis negotiis, tum praecipue in causa contra Johannem Kennedy de Barnellems in Comit[atu] Surrei Equitem de summa pecuniae non exigua, quam ipsi iuxta obligationem suam debet, iamque Decreto Consiliarium M-tis V-rae solutio ipsi iniuncta fuit, sed Gurleius propter litem Maioris Momenti contra Cives Gedanenses solutionem et executionem contra ipsum urgere non potuit, Nunc igitur gratiam M-tis V-rae implorat, ut recepto hoc debito Gedanum

F. 135 v redire, causamque magna ex parte affectam prosequi, et continuare possit. Qua in causa quantum opis et praesidii ipsi praestiterim, ipse[met] M-ti V-rae exponet: neque in posterum signiorem me in eadem experietur. Quod reliquum est, servitia et studia mea M-ti V-rae humiliter commendo. Datum Lublini 8 Augu[sti] Anno 1617.

M-tis V-rae Servitor humillimus, et ad omnia officia paratissimus

Janussius Dux in Ostrog. Comes in Tarnow, Castellanus

Cracoviensis. Manu propria.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi ac Domino, Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi Fidei defensori Domino Domino Clementissimo. *Sigillum arreptum.*

N. 139

Mitaviae, 27 Octobris 1617

*Fredericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut coram rege Poloniae, qui eum fratremque ducatu privare
decrevit, in comitiis Varsaviae pro eis intercedat*

F. 137 v Serenissime, Potentissimeque Rex et D-ne D-ne consanguinee et affinis Clementissime observandissimeque.

Praevia observantiae studiorumque nostrorum diligentissima [comprecatione]..... ^{a)} cum fratre tum in feudi amissionem [c]itati fuimus. Nos sane hac citatione nihil moti, Consiliarios nostros misimus, qui et innocentiam nostram docerent, et nullam Ducatus dismembrationem factam, vel si talis nihilominus diceretur, ad ratificationem Serenissimi

Regis factam omnino ostenderent, adeoque insimulatae rei absolutio-
nem peterent. Hanc antequam iure impetrarent, frater Wilhelmus,
cuius legati inani metu perterriti non sat caute, neque attentato termino
reversoriam ceperant, atque indefensum Principem suum relinquerant,
tametsi ipsemet ad alteram insinuatam illi per Secretarium Regium
citationem, adeoque terminum iudicalem personaliter acceleraret, ob
priorem nihilominus contumaciam, Ducatu tituloque Ducali, nescitur
ob quam causam, inauditus et indefensus privatus est, certis mox Com-
missariis pro Decreti eiusmodi executione in Ducatum ordinatis. Nos
vero etsi nihilominus districtum Curlandicum per fratrem possessum,
durante tali ipsius controversia, interea detentare cuperemus, is tamen
praeter expectationem rejectis allegationibus nostris statim soli Sac.
R. M-ti assignabatur, praefectisque locorum iurjurandum severissime
inungebatur. Quam enormem iuris nostri laesionem animadvertentes
pro conservatione illius ad Conventum generalem Magni Ducatus Li-
thuaniae Wilnae tum celebratum maturavimus, Statibusque ibidem
congregatis haec Dominorum Commissariorum actitata in annexa hisce
forma exposuimus. Hi non modo faciles nobis praebuerunt aures, sed
et inclusas intercessorias in nostra fratrisque nostri causa ad S-am
R. M. [litteras] ^{b)}

F. 137 r controversiam aliquandiu exempti intervenire, suaeque pri-
vata negotia cum Nobilitatis causa permiscerent, adeoque compositionem
impedire viderentur; factum est, ut frater noster sive per errorem sive
per impatientiam nobis plane insciis, diuturna lite defatigatus noctu
eos e medio tollendos curarit, eoque pacto conventum plane dissolverit.
Caeterum cum eius internecionis in civitate nostra Mitaviensi perpe-
tratae, nos quoque Sa. R. M-tas suspectos teneret, tam hoc quam caeter
[.....] ^{c)} Christianissimique Ducatus ratio pervenerit; Cuius etsi prolixam
mentionem Sac. R. M-ti V-rae perscribere minus necessum putamus; ut
tamen causa huius perturbationis, totiusque negotii decursum Sac. R.
M-ti V-rae quodammodo constet, Constituimus illud necessitate ita
postulante, praesentibus literis nostris per Joachimum Christopherum
ab Horn aulicum nostrum reddendis, breviter complecti, eoque nomine
consilium atque opem in hisce adversitatibus consanguinitatis intuitu
submisce implorare.

Principio igitur sicut alias plerumque usu venire solet, ex parva
scintilla magna incendia orientur, Ita his quoque accidit. Siquidem Ill-
mus Princeps Wilhelmus frater noster cum quibusdam suis nostrisque
subditis Nobilibus Nollis dictis levem primo controversiam habuit, quam
S-a R. Poloniae et Sueciae M-tas, D-nus noster clementissimus, iudi-
cialiter definiendam suscepit, eoque nomine fratrem nostrum ad
instantiam Nolliorum citaverat. Ille vero cum certa de ratione sua non
compareret, in contumaciam illico condemnatus fuit. Exinde cum nos
consequenter iurium nostrorum in eodem Ducatu connexorum non leve
praeiudicium sentiremus, etiam nolentes in Comitibus sequentibus, ubi
causa eadem reproducebatur, fratri personalem assistentiam accomo-
dare tenebamur. Verum rei tum in controversiam deductae decisio
contra expectationem nostram in sequentia usque Comitibus rejecta fuit.
Interea cum privatis hisce dissidiis etiam Nobilitatis quaedam prae-
terita essent publica gravamina, pro illorum compositione conventus
publicae a nobis indictus, virique arbitratore recepti erant. Ad.....
indicti Nollii quoque non vocati [.....] ^{d)}

F. 138 r ...sis Nobilium privatis districtus Curoniae magno cum praeiudicio nostro Hasenpothi iudicia exercebant, et quibusdam fratris nostri servitoribus Nobilibus una cum Secretario ob factam internecionem bannitione punitis, eandem quoque fratri in causa civili contra subditum Nobilem vertente bannitionem, nisi decreto ipsorum pareret, verbis decreti minitabantur. Qua tam vehementer is percussus, afflictis rebus suis apud cognatos, Reges, Electores et Principes medelam adductus, ac territori [.....] ^{e)} Cuius inopinati habitu [.....] uti nullam ante habuimus scientiam; ita quoque praeter scitum nostrum nobisque absentibus illa Farensbacii substitutio in effectum deducta est, ob quam Wilna reversi non parum commovebamur, veriti ne disgratiam Sac. R. M-tis quam sibi multis nominibus attraxerat Farensbecius, in nos domumque nostram Ducale secum accerseret. Neque vero in eo fefellit animus, siquidem praedictus Farensbecius ex differentiis cum S-a R. M-te occasionem apprehendens, arcem Regiam Dunaemundam prius, post etiam commissam fidei ipsius Curlandiam Sueciae Principi tradidit, atque ex variis nationibus manum militarem Suecicam illuc invexit. Nos licet valde exinde perturbaremur, atque Sac. R. M-ti et Reipublicae id de repente significaremus fidem nostram illibatam continuo exhibuimus. Regiis enim copiis, earumque Duci Campestri adventanti Christophoro Radzivillo auxilia nostra adiunximus, caeteraque fidelissime praestitimus, imo ipsi in acie quadam contra hostem cum illo stetimus. Cum vero rebus reipublicae melius consultum videbatur, Farensbecium per illecebras ad Sac. R. M-tis partes reducere, ista reductio nobis deinde insciis perfecta adeoque Curlandiae tractus per Farensbecium deditus, fratri ademptus, ac nobis praeteritis soli Sac. R. M-ti attributus fuit. Hanc Farensbecii resipiscentiam merito laudamus, quod vero Wilhelmum fratrem et consequenter nos parte Ducatus defraudarit, non sine vehementi animi commotione detestamur [.....] ^{f)}

F. 138 v ...constituerimus huic negotio autem nostro maiorem ponderis partem Sac. R. M-tis V-rae intercessio additura sit, eandem humiliter obsecramus resecramusque dignetur S-a R. M-tas V-ra hanc nobis gratiam suam communicare, et ad diem Comitiorum 23 Februarii styli novi Warsaviae celebrandorum idoneum oratorem tempeslive mittere, qui intercessione eiusdem efficiat, ut S-a R. Poloniae et Sueciae M-tas, D-nus noster Clementissimus errorem a fratre nostro commissum benignissime condonet, et hoc ipsum si non meritis nostris tamen Sac. R. M-tis V-rae [.....] ^{g)} unice studebimus, sed omnia nostra eidem vicissim obligata deferimus, S-am R. M-tem V-ram de caetero quam rectissime in Christo valere, et a devictis hostibus triumphare cupientes. Datae Mitoviae, 27 Octobris Anno 1617

Sac. R. M-tis V-rae

observantissimus consanguineus et affinis

Fridericus Dei Gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae
Dux.

In dorso: 27 Oct. 1617. To his Ma-ty from the Duk of Curland.

a, b, c, d, e, f, g) *duae lineae textus
perditae sunt ob defectum cartae.*

Varsaviae 8 Aprilis 1618

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de causa Richardi Leues*

F. 139 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Iacobo Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini et fratri nostro char-mo salutem et fraternitatis amorem atque foelicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps consanguineae affinis et frater noster char-me. A multis iam annis non sine summis difficultatibus et molestiis causam inter Nobilem Richardum Leues et Societatem Anglicanam Elbingae in Civitate nostra degentem agitari, minime dubium esse Ser-ti V-rae existimamus. Et primum quidem in Regno nostro per varias instantias diversaque subsellia antehac tractata, nunquam tamen finalem decisionem propter varias Societatis protractiones et exceptiones sortita est, postea vero voluntate actoris ipsius ut eo celerius finem causae in presentia sua assequeretur ad iudicium Ser-tis V-rae devoluta. Optaremus id quam maxime tum pro nostro in promovenda iustitia studio, tum pro singulari nostra erga illum filiumque ipsius qui promptum de nobis benemerendi studium obsequiis suis saepius testatus est voluntate, ut is homo iam annis et merore ac egestate confectus, tandem aliquando finem molestiarum damnorumque inde penceptorum habeat. Quapropter postulandum a Ser-te V. duximus, Velit cum nostrae commendationis tum aequitatis ipsius causa negotio huic favere, idque patrocinio suo et auctoritate efficere, ut hic homo multis et innumeris plane damnis ob illam causam affectus et iustitiam declarata sua innocentia assequi et fortunarum senectutisque suae subsidium, siquidem propterea bonis pene omnibus exutus est consequi possit. Faceret nobis Ser-tas V. rem gratissimam quam mutuis quoque studiis data occasione repensuri sumus. Optamus interim Ser-tem V-ram florentissimis rerum successibus et optima valetudine perfrui. Datum Varsoviae die VIII Mensis Aprilis Anno Domini M DC XVIII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXI Sueclae vero XXIV anno.

Eiusdem Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini et fratri n-ro charissimo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: April 1618. Sigismund King of Polonia to his Ma-ty.

Mitaviae, 12 Junii 1618

*Fridericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
Casparum Drelingium mittit et commendat*

F. 141 r Serenissime Potentissimeque Rex D-ne D-ne Consanguinee et affinis Clementissime observandissimeque, S-ae R-ae M-ti demissa mea studia cum veneratione perpetua defero.

Fecit S.R.M-tas V-ra pro sua in me gratia benignissime, quod Serenissimo Potentissimoque Poloniae atque Sueciae Regi, D-no meo Clementissimo tum mea tum fratris mei negotia literis efficacissimis commendaret. Quam Regiae benignitatis significationem summi beneficii loco suscepi perpetua celebratione de caetero prosecuturus. Misi et hoc et alio ulteriori nomine Nobilem Jurium Doctorem Casparum Drelingium secretioris subselli Consiliarium longo usu et fidelitate mihi probatissimum. Quem ut S.R.M-tas V-ra clementissime exaudiat, inque omnibus illi commissis aequae ac mihi ipsi indubiam fidem adhibeat, demisse rogo. Illud ego erga S.R.M-tem V-ram cunctis obsequiorum studiis demereri perpetuo contendam. De reliquo Eam divinae protectioni meque immotae benignitati R. M-tis V-rae commendo. Datum Mitoviae die 12 Junii Anno 1618.

S.R-ae M-tis V-rae

observantissimus Consanguineus affinis et servitor

Fridericus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Fridericus m.p.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo Magnae Britanniae Franciae ac Hiberniae Regi, Fidei Defensori, D-no Consanguineo et affini Clementissimo Observandissimoque

Alia manu: 12 June 1618. Duke of Curland to his Ma-ty.

Mitaviae, 12 Junii 1618

*Fridericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
legatum suum [Casparum Drelingium] commendat*

F. 143 r Serenissime Potentissimeque Rex ac D-ne D-ne Consanguinee et affinis Clementissime observandissimeque.

Post negotiorum meorum demissam commendationem eundem legatum meum omni nobilium virtutum laude florentem hisce annexis S.R. M-ti V-rae praesento. Quem sane ego pro indole mea optimis ornamentis prosequer, si illa quae fama et virtus ipsius meruerunt non majora essent, quam ut a me conferri possint. Vir est ultra hominum

memoria a Metropoli Livoniae ex Senatorio ordine patricius, in Principum atque Regum aulis multo rerum usu praeclarus, et Nobilitatis decore a Summis Regibus merito honestandus. Proinde S.R. M-tem V-ram cujus haec collatio est, demissa cum observantia vehementerque rogo, dignetur illi ac familiae ejus pro optimis atque summis meritis Nobilitatem in meliori collationis forma concedere a). Testor fidem meam quod et hoc et caeteris ornamentis sit dignissimus, quo nomine S.R.M-ti demissa mea obsequia indefesso Marte vicissim deferro. Datea Mytovie 12 Junii Anno 1618

S-rae Reg. M-tis V-rae

observantissimus consanguineus affinis et servitor,

Fridericus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Fridericus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi ac D-no D-no Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi fidei defensori D-no Consanguineo et affini clementissimo observandissimoque.

Alia manu: 12 June 1618. Duke of Curland to his Ma-ty.

a) dignetur... concedere; *hic linea sub-*
dicatur aut a secretario aut a rege
ipso.

N. 143

Mitaviae, 23 Novembris 1618

Fredericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut legatum suum ad Comitiam Varsaviam mittat

F. 145 r Serenissime Potentissimeque Rex ac D-ne D-ne Consanguinee et affinis Clementissime observandissimeque.

Salute officiorumque et observantiae meae commendatione praemissa. Ex literis Internuncii mei et fidelis dilecti Eximii Caspari Dreilingii iurium Doctoris, ex Anglia in Belgium nuper reversi, magna animi cum voluptate intellexi, M-tem V-ram Regiam expositam ipsius Legationem coram benignissime audivisse, vicem turbati et afflicti status domus nostrae Ducalis doluisse, in solatium ac levamen illius voto meo audacius forte, at urgente necessitate concepto, liberaliter annuisse Legatumque mittere, dummodo tempus habendorum in Polonia Comitiorum mature denunciatur, clementissime se resolvisse. Virtus et laus peculiaris est Magnorum Regum et Principum, inclinatas aliorum res fovere et erigere, tesseraque ea est evidentis gratiae et benignitatis erga me meamque domum R. M-tis V-rae. Cui quantum eo nomine debeam, et obstrictus sim ut facile intelligo, ita ne in ingratum beneficium id conferatur, pro viribus studebo et memor ero. Caeterum Comitiam Polonica ad 22 Januarii stylo Gregoriano instantis anni 1619 Varsaviae habenda, certo indicta esse, nuperrime significatum mihi est.

Post quorum auspiciū in duabus forte septimanis ne dedignetur M-tas V-ra Regia legatū suū eo dirigere et mittere, innixus priori Regiae resolutioni officiosissime iterum rogo.

Nam quod ad R. M-tem V-ram de successione feudi filio Jacobo Domini fratris mei Ducis Vilhelmi concessa, perlatum esse ex iisdem Internunciis mei literis intellexi, id fundamento carere existimo, cum fratre tardius e Suecia in Germaniam reverso, nullus qui de eo sollicitaret, fuerit, et nihil ea de re quae Comitiorum solemnitatem desiderat, hic locorum audiat. Sic retributor omnium Deus R. M-ti V-rae et Ser-mae Domui ipsius beneficiat, thronum perpetua felicitate stabiliat, ipsamque ad Nestoreanos usque annos suaviter vivere concedat. Cujus constanti gratiae et favori me, meamque Domum iterum atque

iterum commendo. Datae Mytoviae $\frac{23}{13}$ Novembris Anno 1618.

Ser-mae R. M-tis V-rae

observantissimus consanguineus affinis et servitor,

Fridericus, Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

Fridericus.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi ac D-no D-no Jacobo Magnae Britanniae Franciae ac Hyberniae Regi, fidei defensori, Domino consanguineo et affini Clementissimo observandissimoque.

Alia manu: 13 of November 1618. The Duke of Curland to his Ma-ty.

N. 144

Varsaviae, 14 Januarii 1619

Patrick Gordon
ad Iacobum I regem Angliae
de treuga 14 annorum cum Moscovia

F. 147 r Please your sacred Majestie, These ar the cheef occurrences here since my last advertisement the 15th of October.

The King of Poleland to enable his sone the Prince to continue the warres in Moscovie was mynded to have maid peace or truce with all others his nighebours: and to that effect he had sent Petrum Ozga Capitaneum Tremboviensem, to Constantinople to renue the auncient League with the young Turkish Emperour, And by Prince Christoffer Radzevil he had concluded tuo yeares truce in Lifland (Suedin except, in case anie occasion in the meantyme should be offred to persue that fugitive Kingdome)

In the verie meantyme, the Prince of Poleland his Counsellours of warre fearing the soldours would (according to ther custome) mutinie for want of ther stipendes in due tyme; entred with the

Moscovian Commissioners to entreat of peace or tolerable truce. The Muscovites refusing perpetual peace and obedience to the Prince of Poleland as ther Emperour, (becaus he came not to them according to the conditions agried upon, the tyme of his election, sevin yeares ago) Were contented of ten yeares truce, and that the Prince should peaceable reteene all the tounes and castles which he now hath in his power in Muscovie (in nombre sevintene) except Wiasim and Kozelska: Wherof they informed the King by ther Lettre from the campe of the 22 of November.

Wherunto the King answered them 20th of December, charging them not to agrie upon anie conditions either prejudicial to his sones title, or ignominious to the croun of Poleland. And to prevent the soldiours discontentment he promised to send competent summes of money in all haste.

But while the Post is on his journey with this ansuer, the said Counsellours had concluded fourtene yeares and six moneths truce with the Muscovites, and returning homewardest with the Prince they received the Kings Letters at Wiasim. Whence they advertised him of these newes by ther Lettre of the 27th of December stilo novo.

Father particulars as yet I know not. The Parliament beginneth here within eight dayes. Of the succes therof, and all occurrences, your Majestie shalbe dueli advertised. So wishing your Majestie a long and prosperous reigne, I most humblie kisse your Majesties handes.

Your S. Majesties

Varsaw the 14th of most humble and loyal servant

Januarie, st. n. 1619.

Patrick Gordon

In dorso: To the King his most Excellent Ma-tie. My most gracious Soverane.

Alia manu: 14 Jan. 1618. From Mr. Gordon in Varsaw to his Ma-tie

N. 145

Varsaviae, 20 Martii 1619

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum regem Angliae
de causa Curlandiae*

F. 149 r Sigismundus Rex III Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque etc, necnon Sueccorum, Gottorum, Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, consanguineo, et fratri nostro char-mo salutem, et fraterni amoris, atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps, consanguinee, et frater noster char-me. Literas Ser-tis V-rae in negotio feudali Curlandico ad nos editas acce-

pimus. Libenter pro nostra erga Ser-tem V-ram animi propensione, sanguinisque, ac cognationis nexu, intercessioni Ser-tis V-rae ad nos factae locum dare cupivissemus; verum cum haec Regni Comitia mole negotiorum publicorum, ac gravissimis deliberationibus, et necessitatibus extracta sint, nihil in hoc negotio statui, tractarique potuit, sed totum ad aliud tempus differendum fuit. Quare ut Ser-tas V-ra hanc moram in bonam partem accipiat, amanter ab eadem postulamus. Interea de toto hoc negotio dispiciemus, et quid nobis in posterum statuendum sit, ex re consilium capiemus. Caeterum Ser-ti V-rae fortunatissimos rerum successus, omnemque felicitatem, ac incolumitatem a Deo precamur. Datae Varsaviae die XX-o Mensis Martii, Anno Domini M:DC:XIX: Regnorum nostrorum Poloniae XXXII-o Sueciae vero XXV:

Eiusdem Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex.

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Deo gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, consanguineo, et fratri n-ro charissimo.

N. 146

Varsaviae, 16 Aprilis 1619

Sigismundus III rex Poloniae

ad Iacobum I regem Angliae

ut milites ex regno suo ontra barbaros conducere permittat

F. 151 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque etc nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, consanguineo, et fratri nostro char-mo, salutem, et fraterni amoris, atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps, consanguinee, et frater noster char-me. Intelleximus ex Magnifico Ioanne Weyher Pallatino Culmensi, Radzi-nensi, Pucensi, Sluchoviensiisque nostro Capitaneo, postulasse eundem per literas mandatariorumque suos a Ser-te V-ra ut certis Regni sui incolis viris militaribus, qui sponte sua nobis operam militarem navare velint, liberam in Provincias Regni nostri veniendi facultatem permetteret. Quo in negotio cum Ser-tem V-ram non modo minime difficilem sese exhibuisse, verum etiam contra Turcas, ac Tartaros, si bellum nobis gerendum esset, auxilia nobis Regnoque nostro liberalissime obtulisse ab eodem Palatino acceperimus, non dubiam spem concepimus Ser-tem V-ram eo libentius ea omnia praestituram, si nostris quoque literis eadem nos a Ser-te V-ra desiderare significemus. Neque enim alio erga nos Ser-tem V-ram esse animo existimamus, nisi eo, quem cum antiquae a teneris annis nostrorum animorum coniunctio, tum arctissimum

amicitiae vinculum iure suo requirit, Quocirca gratissimo animo hanc Ser-tis V-rae erga nos Regnumque nostrum propensionem complectentes, postulandum a Ser-te V-ra inprimis duximus, velit pro eo amicitiae nexu studium suum nobis hac in parte testari, liberamque iis militibus ditiones nostras adeundi concedere facultatem, ut intelligamus Ser-tem V-ram nostra causa plurimum favere, nobisque optime velle. Experietur vicissim Ser-tas V-ra nostrum, dum usus, et occasio feret, studium, quo testari conabimur nos amicitiae retinendae, ac firmandae, indiesque augendae perquam studiosos esse. Caeterum si maior via aliqua Barbarorum Regno nostro immineret, apertumque bellum nobis inferre vellent, significabimus tempestive Ser-ti V-rae, eandemque ad arma contra communem Christiani nominis hostem sumenda invitabimus, certo nobis persuadendum Ser-tem V-ram occasione id exposcente re ipsa declaraturam, quantum

F. 151 v non solum nobis, sed toti Reipublicae Christianae cupiat. Optamus interim Ser-tem V-ram florentissimis rerum successibus, diuturnaque perfrui valetudine. Datae Varsaviae die XVI^o Mensis Aprilis, Anno M:DC:XIX: Regnorum nostrorum Poloniae XXXII Sueciae vero XXV:

Eiusdem Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, consanguineo et fratri n-ro char-mo.

N. 147

Tangermundi, 24 Augusti 1619

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae*

pro intercessione coram rege Poloniae gratias agit; ultiores intercessionem exposcit

F. 153 r Serenissime et Illustrissime Princeps, Rex Potentissime, Sacrae Regiae Maiestatis V-rae precamur a Deo omnipotenti, firmam diuturnamque corporis valetudinem omnemque secundissimam prosperitatem: Eldemque nostra offerrimus officia quam subiectissima. Vt primum accepimus Sac-m Reg-m M-tem V-ram precibus debitis et instantissimis Ill-mi Principis D-ni Friderici in Livonia Curlandiae et Semigalliae Ducis, D-ni fratris nostri charissimi, tam clementissime annuisse, ut et apud S-m Poloniae et Sueciae Regiam Maiestatem, Regem et dominum nostrum clementissimum, pro nobis nostroque filio dilectissimo Principe Jacobo, quem S.R.M-tas V-ra Christianitatis sacris initiavit, regisque literis quam diligentissime intercesserit, quo S-a

Regia M-tas nos restituat filioque nostro iuxta tenorem veterum Investiturarum successionem principatus Curlandiae et Semigalliae clementissime confirmet, Nostrum esse statuimus Sacrae Regiae M-ti V-rae pro regio hoc clementissimoque beneficio, subiectissime summas, quas possumus, agere gratias.

Postquam vero Comitilis istis praeteritis gravissima regni Poloniae impedimenta obstiterint, ob quae Sacra Regia M-tas ad decisionem huius nostri negotii progredi minus potuit, eoque in aliud id transiit, unde nobis ad hunc usque diem extra Ducatum nostrum versari, satis laboriosum simulque pergrave fuerit. Coacti itaque necessitate hac nostra, Sacram Regiam M-tem V-ram submissima animi subiectione, ut denuo nunc adeamus et imploremus, subducere nos non possumus, verum Sacram Regiam M-tem V-ram indefessis precibus et subiectissimis votis rogamus, ut haec Regio suo ac clementissimo favore nos deinceps alere, et in suo propensissima

F. 153 v erga nos voluntate ita nos conservare dignetur, ut ad futura Comititia Regni Poloniae, quae procul dubio S-crae Regiae M-ti V-rae praedictus dominus frater noster mature significabit, Legatum suum Warsaviam ableget eique in mandatis iniungat, ut nomine Sacrae Regiae M-tis V-rae is non solum luculenta sua oratione pro nobis filioque nostro ita intercedat, quo plenarie in pristinum statum restituamur, nostrasque antehac acquisitas regias Investituras retineamus in iisque conservemur, Verum etiam, si, uti divinitus speramus, obvenierit ut apud S.R.M-tem in votum quidem nostrum adipiscamur, nova tamen quadam adiecta conditione, quae statui nostro Ducali, nostroque Ducatui aut subditis, maxime vero Religioni nostrae Christianae obviare possit, Vt Sacrae Regiae M-tis V-rae Legatus peculiariet sit instructus, ad impediendum et avertendum nomine Sacrae M. Regiae V-rae haec omnia, quoad id fieri potest humanitus. Haec omnia, prout in summam et propensissimam Regiam promotionem, quae nobis nostroque filio et universae nostrae posteritati saluti et emolumento unquam esse possit, reputamus, ita Deum optimum Maximum ardentem precamur, quo is S-m R-m M-tem V-ram huiusque universam regiam familiam abundantissime fortunare, optimaque valetudine et regia prosperitate secundare velit, quam diutissime S-ae Regiae M-ti V-rae omnia nostra ad ultimum usque vitae nostrae spiritum deferimus officia subiectissima... Dabantur Tangermundi 24 Aug. Anno 1619

Sac. Reg. M-tis V-rae

Addictissimus et obsequentissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia In Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo et potentissimo principi et Domino, Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, D-no consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 24 Aug. 1619. The Duke of Curland to his Ma-tie

Hamptoni, Septembri 1619

*Iacobus rex Angliae
ad Sigismundum III regem Poloniae
commendans Iacobum Butler
(exemplar)*

F. 155 r Iacobus Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defensor etc. Serenissimo et potentissimo Principi D-no Sigismundo III-o eadem gratia Regi Poloniae, Magno Duci Lit'uaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Livoniaeque, necnon Suecorum, Gotthorum et Vandalorum regi haereditario, fratri, Consanguineo et affini nostro charissimo Salutem et felicitatem. Serenissime Princeps, frater Consanguineae et affinis charissime. Iacobus Butler Centurio, noster ex Hibernia subditus, qui suam antehac industriam et virtutem vestris in expeditionibus probavit, quum jam ad signa reversurus tirones aliquot secum hinc exportare decreverit, quorum vestro devovit obsequio, eo minus nostra visus est egere commendatione, quo V-rae Serenitati olim notior est, et nunc vestro ministerio addictior. Itaque nuncium eum esse volumus bonae valetudinis votique nostri ut V-rae S-ti sua perennet sanitas, prosperitas, felicitas. Datum e Palatio nostro Hamptoniensi - Septembris Anno D-ni 1619

Ser. V. bonus frater

Iacobus Rex.

In dorso: K. James to K. of Poland Sept. 1619 commending of James Butler.

Mitaviae, 19 Octobris 1619

*Fredericus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de rebus ducatus Curlandiae Varsaviae actis*

F. 157 r Serenissime Potentissimeque Princeps ac D-ne D-ne Consanguineae et Affinis Clementissime observandissimeque.

Quam benignitatis suae significationem in turbatissimum longe distantis sed orthodoxi Ducatus mei statum S.M-tas V-ra dederit, Nobilis Caspar Dreiling Consiliarius meus ex Legatione rediens prolixè mihi explicavit. Cum enim ambiguam fereque desperatam sanguinis Ducalis successionem unaque causas eius S.R.M-ti V-rae is exponeret, non aegre modo eas cognovisse, sed legationem de restituenda eius certitudine atque integritate in Poloniam decrevisse retulit. Hanc R. M-tis V-rae in coniunctissimae Reipublicae membrum providentiam qui non summa laude complectatur, extra omnem coniunctionis metam constitutum esse necesse est. Quamvis autem neminem, ut statuerat, R. M-tas V-ra eo miserat, literis meis Comitiorum significatoriis, diutius quam pro opinione mari distentis; ea tamen benignitate voluntatem suam S.R. Poloniae M-ti scriptotenus declaravit, quae gratissima merito esse mihi debuit, proinde illo quoque nomine Summas eidem gratias ago. Caeterum quid opis id tenello Principi Jacobo filio Eius spirituali

tulerit, quidve effecerit, ex Responso hisce adiuncto S. R.M-ttas V-ra deprehendet. Mihi tantum constat per dilectissimam consortem meam Varsavia redeuntem; si maiori serio missaque Legatione tum S.R.M-tas V-ra tum caeteri Consanguinei Principes reliquum hoc negotium deinceps tractaverint, non modo multum illos effecturos, sed rem orthodoxae Reipublicae Ducalem ab ipso quasi orco revocatuos esse. Quocirca cum ipsa a me requisiverit, ut quicquid de caetero restare videretur

F. 157 v cum R. M-tte V-ra temptestive communicarem; nunc totum ulteriori eius consultationi subjicio, ab ipsaque reliquam benignitatem opem et auxilium submisce peto; nihil dubitans D-num Vilhelmum fratrem in Germania modo versantem idem ubique gentium curaturum. Quo Regio suo officio vere Regie et egregie M-tas V-ra de Republica demerebitur, omnisque non futurae tantum Ducalis sed et Nobilitatis aliorumque subditorum meorum posteritas perpetua id gratitudine prosequetur. Interea S.R.M-tem V-ram cui cuncta mea obsequia submisce defero, prosperrime valere vehementer opto. Datae Mitoviae 19 Octobris 1619

S.R.M-ttis V-rae

Observantissimus Consanguineus Affinis et servitor

Fridericus Dei gratia in Livonia Curlandiae ac Semigalliae Dux
Fridericus.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi D-no, D-no Jacobo, Magnae Britanniae Franciae ac Hybarniae Regi, Fidei defensori, D-no Consanguineo et Affini clementissimo observandissimoque.

N. 150

Mitaviae 19 Octobris 1619

*Fredericus dux Curlandiae
ad Robertum Naunton, secretarium regis
de constituto tempore Comitiorum in Polonia*

F. 159 r Nobilis ac Magnifice D-ne, amice singulariter nobis dilecte.

Pergratum nobis fuit Mag-cae V-rae studium, quod in procurandis a S.R.Magnae Britanniae M-tte, D-no Cognato et Affini nostro benignissimo in negotio Ducali intercessoriis literis nobis praestitit, quod uti benevolo agnoscimus animo, ita gratias eo nomine agimus. Responsorias quas S.R.Poloniae M-ttas in praeteritis Comitibus Varsaviensibus dederat adhuc perferendas distulimus, quod simul etiam terminum sequentium Comitiorum significatuos sperabamus. Quoniam vero de eo adhuc nihil certi ad nos pervenit, literas praedictas diutius detinere nolumus. Mittimus itaque eas per praesentium exhibitoem Mag. V-rae, utque S.R.M-tti cum officiorum nostrorum decenti commendatione exhibeat, benevole contendimus. Promittimus vicissim Mag. V-rae benevolentiam nostram eidem omni tempore paratam fore. Quam de caetero bene valere cupimus. Datae Mitaviae 19 Octobris Anno 1619

Fridericus Dei gratia in Livonia Curlandiae ac Semigalliae Dux
Fridericus.

In dorso: Nobili et Magnifico D-no Roberto Naunthoni S.R.M-tti
Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae a Consiliis et secretis, amico
singulariter nobis dilecto.

Alia manu: 19 October 1619. Duke of Curland to my Master.

N. 151

Varsaviae, 15 Decembris 1619

*Vladislaus Sigismundus Poloniae et Sueciae princeps
ad Arthurum Aston
gratias ob servitia militaria offerta agit*

F. 161 r Vladislaus Sigismundus Dei Gratia Poloniae et Sueciae Prin-
ceps, Electus Magnus Dux Moschoviae, Smolenscensis Severiensis Cer-
nihoviensis Ducatum Administrator.

Generose Grate nobis dilecte. Accepimus literas Gratiae V-rae
quibus nobis et de propensa sua erga nos voluntate significat et promp-
tam ad servitia nobis in re militari praestanda offert operam. Grato
ea omnia accepimus animo singularique eam in nos benevolentiam
affectu complectimur. Libenter sane et ipsius in re militari uteremur
opera si nobis aliquis miles hisce temporibus conscribendus esset. Verum
cum durantibus iam Moschoviticiis induciis eo non indigeamus, in aliam
si quae se obtulerit occasionem differimus. Non dubitantes Gratiam
Vestram idem studium quod literis testata est offerente sese occasione
re ipsa declaraturam. Quam bene valere cupimus Datum Varsoviae
die XV Mensis Decembris Anno Domini MDCXIX.

Vladislaus Sigismundus P.

In dorso: Generoso Artur. Aston, Equiti Aurato Grat. nobis dilecto.
Sigillum

Alia manu: XV December 1619. The Prince of Poland to Sir Arthur
Aston.

N. 152

in arce Sobovicensi, 16 Martii 1620

*Ioannes Weiher, Palatinus Culmensis
ad Iacobum I regem Angliae
ut per legatum suum Constantinopoli opponet se machinationibus
Statuum Hollandiae, qui Turcas contra Poloniam excitant*

F. 163 r Serenissime et Potentissime Domine Domine Clementissime

Allatum per Nobilem et Generosum Arthurum Asthonum Equitem
Auratum, incolumitatis Regiae Maestatis V-rae bonae valetudinis,
Tantum fuit mihi longe gratissimum, Obnixas ago Maestati V-rae
gratias, quod pro gratia sua Regia, de optatissima salute et prosperitate

sua, me voluerit fieri certiolem, quam ut Deus Optimus Maximus in Annos longaevos felicissimis successibus conservet, flagranti animo opto desideroque. Libenter studia officiaque mea, viro magnanimo, et rei militaris experti exhibui, tum ob eius virtutem tum quod commendationem Maiestatis V-rae devota animi observantia semper magni aestimaverim. Sed et Regia Maestas Poloniae et Sueciae, Dominus meus Clementissimus, in demonstranda ipsi gratia et benevolentia sua Regia, contestatam voluit reddere, integram amicitiam et amorem suum fraternum erga Regiam Maestatem V-ram, promptum quoque gratificandi studium ac desiderium. Quorum omnium locupletissimus testis (uti speramus) futurus est idem ipse Generosus Dominus Eques Auratus.

Est praeterea quod nomine inclyti Regni Poloniae multis nominibus benemeriti de

F. 163 v amplissimo Regno Maiestatis V-rae Magnae Britanniae, flagitare et rogare a Maestate V-ra Regia tum officium muneris mei Senatorii tum amor patriae et ingruens Reipublicae Christianae necessitas impellunt. Iam erat in procinctu itineris Dominus Arthurus Asthonus, cum fama certa acceperimus Status Hollandiae indigno nominis Christiani conatu per Legatum suum instare et contendere ad portam Imperatoris Turcarum ut ditiones Regni Poloniae, propugnacula totius Christianitatis potenter, hostiliter, nulla pactorum conventorum habita ratione infideli paganorum manu oppugnentur. Merito sane debuerat eos deteruisse ab hac perfidia, religio imprimis nominis Christiani, pietas erga Deum et sanguinis Christiani profusionem, commodorum deinde utilitatumque amplissimarum, quibus ex hoc Regno locupletantur recordatio. Peto obtestorque Maestatem V-ram Regiam, dignetur pro sua pietate, toti orbi terrarum conspicua, ad legatum suum Constantinopoli residentem demandare ut serio diligenterque procuret, quatenus studium, et conatus hominum istorum non modo divertantur et infringantur, sed et optimis rationibus consulantur salutis Regni Poloniae cui immerito (eo quod in hac miseranda Christianitatis perturbatione nullis omnino sese immiscere voluerit factionibus) nefanda ingratitude exitium molitur. Faciet Regia Maestas prudentissimi et pientissimi Regis grata aeternaque memoria dignum officium, a Deo praepotenti amplissimisque aeternisque compensandam beneficiis.

Dominum Arthurum Asthonum rogavi ut

F. 164 r coram pluribus Regiae Maiestatis V-rae referat negotii huius exigentiam. Scripsisset sane etiam Regia Maestas Poloniae et Sueciae Dominus meus Clementissimus hac de re ad Maestatem V-ram si fama maturius advolasset, et festinatio Domini Arthuri non praepedisset. Alces et Uros ex Ducatu Lithuaniae ad me deducendos curo Regiae Maestati V-rae gratificaturus, de quibus etiam per Capitaneum Bukkium scripsi, sed fidelissimae etiam relationi suae testimonium habere voluit harum delator literarum. Maestatem V-ram Regiam diu feliciterque regnare iterato ex animo cupio, Cuius gratiae et benevolentiae Regiae submissa devotione me quam diligentissime commendo. Datae in Arce Sobovicensi die 14 Calendis Aprilis 1620

Serenissimae Regiae Maiestatis V-rae

Obsequentissimus

Ioannes Weiher, Palatinus Colmensis

In dorso: Serenissimo ac potentissimo Principi et Domino, Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori Domino meo Clementissimo. Sigillum arreptum.

N. 153

[Londini], 20 Maii 1620

[Iacobus I rex Angliae]
ad Sigismundum III regem Poloniae
de Arthuro Aston
(fragmentum, exemplar)

F. 165 r Regi Poloniae

Chiliarchus Astonus quem nostro rogatu tanto dignata est favore M-tas V-ra nostram iam opem advocat, ut quum ipse referre nequeat, nos eius nomine gratias agamus, professus vitam ipsam (si res exigat) pro sacrificio servare se ad V-ri aram obsequii. Nos speramus suae industriae merito conservaturum eam, quae nostro rogatu inperavit.

N. 154

[Londini] 8 Junii 1620

Iacobus I rex Angliae
ad Sigismundum III regem Poloniae
consentit desiderio eius (Cf. 144?)

F. 166 r Regi Poloniae Sigismundo 8 Junii. 1620

Gratum Deo opus foret vindicari a perfido vitae instituto subditos nostros, qui Algiram se contulerunt ad Piraticam faciendam: gratum orbi Christiano liberari commercia latrociniiis: gratum nobis denique, si V-rae S-ti nunc inciperent servire qui vitam omnem manciparunt probro et Paganorum licentiae. Et laudem meretur pietas V-ra, quae ita rebus suis studet, ut publicam utilitatem non negligat. sed quae nos adhuc suspensos teneant consilii non prememus silentio, ut quum ea discussa fuerint vellis remisque in nostra utriusque et publica eamus vota. Videbimur imprimis mediterraneum mare expedire praedonibus ut infestamus Balticum, ubi neminem habemus nisi amicum; et scelus omnium, quibus circumcisi latrones mare illud iam pacificum ex vetere instituto turbaturi sunt, in nos redundabit invidia. Quid quod latam aperiemus fenestram caeteris, quos alieni iudicii metus in officio adhuc continet, ut similis impunitatis spe Algiram convolent, et relictum a popularibus quaestum invadant? Veremur etiam ut cum bona fratris nostri Regis Daniae venia immane latronum agmen in id mare admitti queat: ut taceamus condonare non posse nos ingentia quae aliis multis intulerunt damna et Regibus et Rebus publicis, ut ut gratia fiat omnium contra nos ipsos iniuriarum, quas tamen ferro et flamma cunctisque ditionum nostrarum viribus decreveramus ulcisci. Neque haec eo dicimus, quasi praecisam cuperemus spem omnem V-rae S-tis desiderio; sed indicantes quae nos habeant sollicitos, ut communicatis consiliis omnis eximatur scrupulus, et salvo nostro honore V-ris com-

modis satisfiat. Itaque mandatarii nostri Patricii Gordonii fidei caetera huius negotii commisimus, rei exitum Deo, studia nostra et benevolentiam fraterno V-rae Ser-tis commendantes amori.

N. 155

in Arce Gustavoviensi, 3 Junii 1620

*Guillelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae*

rogat ut pro se coram rege et proceribus Poloniae intercedat

F. 167 r Serenissimo et Potentissimo Principi ac Domino Domino Jacobo, Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori etc. Domino Consanguineo et affini meo Clementissimo optimae vitae, prospero omnium rerum cursu degendae, diuturnitatem, et summam bene gubernandi a Deo Opt. Max. felicitatem, cum meorum, quae ab addictissimo proficisci possunt animo, studiorum officiorumque testificatione.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Consanguinee et affinis Clementissime quanta Sacrae Reg. M-tis Vestrae e palatio Westmonasterii ad me nuper datae et ex ipso Clementiae fonte, maximo singularis erga me benevolentiae rivo, deductae literae voluptate me perfunderint dici vix potest. Etsi enim hac calamitate mea fere omnem laetitiae sensum perdidit: inficias tamen ire non possum, me istis vehementer recreatum: nimirum e quibus maximum S.R-ae V-rae non modo voluntatis, verum etiam divinae cuiusdam erga me meumque filiolum Ducem Jacobum gratiae fructum perceperim, novam ad Serenissimam, et potentissimum Poloniae Regem, huiusque Filium Praecelsissimum, et ad inclutos proceres Regni eiusdem deprecationem, et insigne rerum mearum adversarum viaticum. Quod utrumque quibus verbis praedicem, equidem nescio. Alii vulnerant, ut favent: S.R.V-ra M-tas me imprudentia mea vulneratum sanatum etiam cupit: idque ita contendit, ut laboranti Clementissima Pharmaca exhibeat. Itaque cum gratias S.R-ae M-ti V-rae quantas animi mei angustia capere, quantas lingua eloqui potest, uti debeo, ago maximas; tum ut ista in me Serenissimi animi sui inductione perpetuo manere velit, etiam atque etiam submisse oro. Ego quidem, ne tanto beneficio a tanto Rege mihi praestito deessem; statim ac potui S.R-ae M-tis V-rae

F. 167 v intercessionem Viro nobili^{a)} Goldtbergen in Poloniam, una cum Praelustrissimi Electoris Saxoniae in eadem sententiam scriptis literis perferendam dedi: eventumque commisi ei, in cuius manu sunt Coeli terrae et omnium regnorum claves; Deo illi soli iusto cuius misericordiae amplitudinem nemo enumerabit, nemo minuet aut augebit. Is Deus ipse faciat, ut felicem exitum sortiat. Sacrae R-ae V-rae M-tis in suum pro filium et in me tantis Clementiae argumentis demonstrata regia voluntas; hancque id quod supplex opto, precorque, abunde cumulateque amplissimis huius et aeternae vitae praemiis remuneretur. Me quod attinet cum hoc tempore nihil quod S.R-ae M. V. de alieno donare possim, habeam, de meo tamen dono quod habeo, Me ipsum totum et meum filiolum. Hoc munus quaecumque est submisse rogo Sa. V-a R-a M-tas boni consulat, atque quae est divina

ipsius cum bonitas tum prudentia, cogitet in pectore quaeri grati animi memoriam, non in iis quae manu tangi possunt. JEHOVA ille, quo excepto nullus est servator, qui facit magna, qui potens est, cuius nomen sanctum est: Sacrae V-rae Regiae Maiestati Serenissimaeque ipsius et potentissimae prosapiae vitam longaevam gubernationemque felicem cum omnibus bonis, cum fortuna prospera florentequae coniunctam det ex alto: efficiatque benignissime, ut S.V.R.M. in eo sit statu quo semper beneficia distribuat nunquam desideret ut sequatur eam materia qua tam benigne utatur fruaturque, ut nunquam ipsi sit

F. 168 claudorum inopia, datorum poenitentia. Dabam in arce Gustavoviensi in Megapoli, 3 Julii Anno 1620

Wilhelmus dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

Sacrae Regiae M-tis V-rae

Addictissimus et observantissimus affinis et servitor

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo principi et Domino, Domino Jacobo magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei Defensori, Domino consanguineo et amico meo Clementissimo.

Alia manu: 3 July 1620. Duke of Curland to his Ma-tie

a) *spatium vacuum in Ms.*

N. 156

Costantinopoli, 13 Julii 1620

*Ludovicus a Molard, legatus Ferdinandi II imp.
ad Sigismundum III regem Poloniae
de bello a Turcis parato monet*

F. 169 Serenissime Rex Domine Domine Clementissime.

Iam post peractam rem et acceptum a Vezirio responsum, planeque in ipso procinctu itineris pervenerunt literae suae M-tis ad Generosum Dominum Internuncium a). Quibus ipse lectis, uti fidelis suae M-tis subditus, et patriae amantissimus, de tertia audientia deliberare coeperat a me quoque consilium, quid hac in re facere deberet exposulavit. Quod cum utrorumque nostrorum consideratione, dedecori suae Reg. M-tis, et incommodo patriae fore judicavimus, ideo a talibus abstinere inter nos conclusum est. Consideravi enim primam et secundam audientiam, in quibus non modo hoc quod in pristina Instructione suae M-tis habuit; verum etiam hoc, quod in moderna sua M-tas obijciendum mandat proponere non omisit sed ut ita dicam, nihil intentatum inausumque quo possit res ad propositum suae M-tis inclinare, reliquit. Skinder Bassae latrocinia, Principis Transylvaniae falsas narrationes, Chami Tartarorum arrogantiam accusavit et poenas de illis, tanquam turbatoribus pacis postulavit. Sed quale responsum acceperit Sua M-tas ex literis non pridem a me missis intelligere dignabitur. Neque Sua M-tas putet, Vezirium sine scitu Imperatoris, bellum

Regno suae M-tis indixisse et Imperatorem persuasionibus tantum inquietorum hominum, ad haec peragenda inductum esse. Sed sciat, ultro eum sibi firmiter proposuisse hanc expeditionem personaliter suscipere et continuare et hoc anno futuro. In qua propositione a nonnullis principaliter autem Gabore indies confirmatur.

F. 169 v Et propterea undique bellici apparatus magno sumptu comparantur, milites indies congregantur, qui huic rei contrariantur, severe reprehenduntur. Ideo nonnulli e numero aulicorum ejecti fuere. Sic igitur stantibus rebus, nihil honestius, utilius, melius, praeter iter, Generoso Domino Internuncio suasi, et non temere. Licet enim et tractationes inciperet, ad quas persuasoribus Hollandicis, Anglicis, Transylvanicis Skinder Basse et aliorum, isto anno Vezirium posset inclinare tamen praeter moram nihil lucraretur. Omnia enim in delusionem suae M-tis, et in detrimentum Reipublicae essent. Scimus omnes hoc. Quia Vezyrus horum hominum, (uti suorum amicorum) consilio acquiescet, et iam libenter forte tractationes incipiet, propterea ut arma suae M-tis (de quibus illi bene constat et quae ipsi minus parato terrorem incutiunt) et tempus aptum, tractatione dolosa subripere posset. Contra tales technas quid agendum esset, Suae Regiae M-ti et Consiliariis suis prudentissimis considerandum relinquo. Humiliter suam M-tem obsecrans ut Sua M-tas diligenter procurare dignetur, ne annus praesens absque fructu aut ullo progressu belli praetereat, Cum Deus Maximus aptam occasionem demonstrat. Et dubitandum non est, quin occupatione locorum conviciorum, et accepta de turbatoribus condigna poena, Error Imperatoris, et levitas ipsius ostendatur, facileque posthaec ad honestas pacis conditiones flectetur.

F. 170 Interim vero, dum haec non peragentur, et turbatores de medio amborum Potentum, non tollantur, certe nihil boni sperandum est. Haec igitur Sue M-ti similiter significans, Eandem diu et feliciter regnare et devotissimo animo imprecans.

Constantinopoli, die 13 Julii, Anno 1620

Ad. S.R. M-ttem Poloniae

Ludovicus a Molard

Legatus Caesareus ad Portam Turcicam.

In dorso: Loys de Molard au Roy de Pologne.

a) N.B. Dieser ist der Otwinowsky, der ein Aug Soll verlohren haben, *scriptum in margine.*

N. 157

Varsaviae, 23 Julii 1620

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de Arthuro Aston*

F. 171 Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc nec-

non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae, et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo, et fratri nostro char-mo Salutem, et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps consanguinee, et frater noster char-me. Cum omnes Ser-tis V-rae commendationes pro mutua nostra necessitudine plurimi faciamus; tum haec quoque Arturi Astoni, non potuit apud nos esse nisi magni ponderis, cuius virtuti, grave iudicii sui testimonium Ser-tas V-ra iam ante impertiverat. Libenter igitur virum a Ser-te V-ra ob scientiam rei militaris eximie laudatum favore nostro prosequuti sumus, et imposterum eo benevolentia nostra digniorem iudicabimus quo gratiorem, charioremque esse Ser-ti V-rae intelligimus. Ceterum cum data occasione, opera eius uti voluerimus, non dubitamus, quin fide, et industria, is sit in nos futurus, quem nobis commendatio Ser-tis V-rae fore pollicetur. Quod reliquum est, studia nostra Ser-ti V-rae deferimus optimamque illi et diutissimam valetudinem optamus. Datae Varsaviae die XXIII Mensis Iulii Anno Domini MDCXX Regno- rum nostrorum Poloniae XXXIII Sueciae XXVII-o anno

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Deo gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori consanguineo et fratri nostro charissimo

N. 158

Gedani, 19 Iulii 1620
(vet. st.)

Patricius Gordon

ad Iacobum I regem Angliae

de intentata subiectione dioecesis Nissensis metropoli Gnesnensi,

de violata a Cosacis pace cum Turcis,

de destructione ecclesiae protestantium Lublini,

de remissa investitura in ducatum Prussiae

F. 173 Please your sacred Majestie, These are the occurrences I could learne at my arrivall hither to Dansken.

Charles Archduke, Bishop of Nysse, having all the last winter sollicitd the King and Catholick Romanes of Poleland for aide to his brother the Emperour, at last offred to submit his Bishoprike to the Archbishoppe of Gnesna Primat of Poleland as his superiour, therby, to procure the Polonian assistance JURE CLIENTELARI. But being frustrated of his intention, he retired unknowne to Austria, and the Prince of Poleland, leaving the King at Varsavia, past to Grodno, Where as yet he remaneth with a verie small court; Whither of anie discontentment, or policle, I can not yet knowe.

The Parliament is delayed untill October, before which tyme ansuer is expected from the Ambassadour now in Constantinople entreating

for confirmation of the late renewed peace violated by the Cosackes: Who (as the King of Poleland alleadgeth) have invaded the Turkes, Transylvanians, Hungarians, and Silesians against his will. Which excusation is vehementlie suspected, becaus manie Polonian Husares and other gentlemen have bene amongst these Cosackes and now latelie above tuentie of them captives in Silesia, were strangled at Vratislavia. Others also, not long since, past into Transylvania, and have used great crueltie with fyre and sword. Wherefore the Polonian Ambassadour, sent to the present Parlament in Hungarie, is there arrested, as is constantlie here reported.

The Jesuitish shoollmen in Lublin (the cheef seat of justice in Poleland) have insolentlie pulled down the Protestantes church there; Wherof as appeareth great tumult will arise.

The investiture of the Electour of Brandeburg in the Dutchie of Prussia is differed untill the nixt parlament in Poleland.

Prince Janusius Radzevil is at the Bath of Herssberg in Silesia. Captane Mergerie ^{a)} is here, sent by him to your Majestie with some horses and Ure-oxen. From Varsaw I shall (if God please) write at more length and more certane. So wishing your Majestie a long prosperous reigne I most humble kisse your Majesties handes.

Your sacred Majesties

Danskin the 19th of most humble servant

Julie, vet. st. 1620 Patrick Gordon

In dorso: To the King his most Excellent Majestie, my most gracious Soverane

Alia manu: 9 July 1620. Mr. Patrick Gordon to his Ma-tie from Poland. *Sigillum*

a) *Idem ac* Margaret.

N. 159

Varsaviae, 1 Augusti 1620

*Gabriel Pesse
ad Iacobum I regem Angliae
gratias agit et seipsum commendat*

F. 175 Ser-me et Potentissime Rex, D-ne Clem-me.

Nihil ad perpetui cultus et observantiae necessitudinem, qua erga M-tis V-rae nomen honoremque, et eorum qui M-ti V-rae natura, fide ac stipendiis innexi, obstrictique sunt, commoda, et dignitates tuendas promovendasque me hactenus devovi, accidere iucundius aut honorificentius potuit, quam singulari M-tis V-rae gratia, in tam benevola literarum contestatione ultro excipi, tamque alte intra Regiae compellationis complexum ac patrocinium admitti. Quicquid opera diligentiaque effici hucusque potuit, cum in Regia utrinque animorum regno-

rumque coniunctione perpetuae amicitiae nexu conservanda, tum in Generosi et Mag-mi Arthuri Astonii Chiliarchae rebus adiuvandis, maximam semper rationem, studiis et contentioni meae iniunxi, M-tis V-rae; idque in posterum cultui meo imperabo. Ut non semper animo meo et bene merendi desiderio, aut alienis meritis satisfaciam, temporum rerumque iniquitas saepe successibus magis quam voluntati intercedit. Et licet M-tas V-ra officiorum meorum humilitatem, sic ad animum et memoriam accipit, ut debiti et gratitudinis vocabula hucusque e solio et Regiae magnitudinis fastigio demittat, ego tamen tam alte votorum meorum, nedum meritorum sive audaciam sive timiditatem non erigo, ut tam magnarum appellationum insignibus, quantulamcumque operam meam et haec officia humili vestigio ad purpurae cultum euntia vestiri sinam. Si quid tamen ab hac tenuitate in M-tem V-ram proficisci, aut spondere ego possum, id omne iamdudum obsequiis M-tis V. dicatum magis quam par, idoneumve voveo, offeroque; votis ad Deum opt. Maximum versis, ut M-tis V-rae dignitatem felicitatemque et incrementa divinae clementiae et protectionis magnitudine excipiat. Var-savia 1 Augusti Anno 1620.

Sac. ac Ser-mae M-tis V-rae

obsequentissimus Cliens

Gabriel Pesse.

N. 160

Vratislaviae, 1 Augusti 1620

Principes et Status Silesiae

ad Sigismundum III regem Poloniae

secretario regio ad se legato, accepto, de culpis se excusant, de gravaminibus conquerruntur (exemplar)

F. 177 Ad Regem Poloniae.

Quae Serenissimae Regiae Maiestatis Vestrae nomine eiusdem ad nos missus legatus generosus et magnificus D-nus Eremianus Galesky, Regiae V-rae M-tis Secretarius, qui nudiustertius huc appulit et a nobis qua par fuit erga regiam M.V. observantia heri auditus fuit, de praeclara Regiae M.V. voluntate et propenso studio ^{a)} in conservanda publica tranquillitate, ac compactorum quibus hactenus Res Polonica Bohemaeque sit observantia, affectu denique R. Ma. V. in nos plane singulari prolixè non minus quam graviter exposuit. Ea in hoc rerum statu per omnia dubio atque ancipiti, adeo nos merito recrearunt, ut nil neque gratius nobis neque exoptatius accidere potuerit, neque quicquam in medium adferri, quod ad stabiliendam inter vicinos concordiam et sauciendam mutuam animorum non parum alienatorum coniunctionem, plus momenti collaturum videretur. Quid enim in hac turba rerum ancipiti dubitatione aestuantis animi motus magis sedare, quid ex omni parte haesitante expedire facilius solidius firmare queat, quam tanti Regis tanta benevolentia et indefessi pro restauranda quiete publica studii tam evidens significatio? Est igitur cur eo nomine R.M.V. gratias habeamus, quas decet, quas debemus maximas eidemque in tuendo eo

quod nos literarum vicissim partium est decenti verecundiae tramite respondere conemur. Equidem nullum neque mare neque Euripum tot tantasque habere agitationes fluctuum existimari debet, quot quantisque procellis agitati nostratum animi, cum tot iniurias damna infestationes latrocinia stupra depraedationes in nostros homines, facultatesque ex vicino et religioso nobis foederis vinculo obligato, nulla vero iniuria lacesito Poloniae regno, et quidem ingeminata vice patrari videremus, inque eo experiemur quae ab indicto hoste atrocissimo, eoque vel extreme barbaro, atque extra omnem humanitatem posito alioqui vix expectanda forent. Cum variis nos criminationibus, indignis modis in Polonia deformari audiremus; Cum nostrates nostraque hostiliter tractari, captivari, arrestari, commerciorum libertatem impediri, ipsosque adeo literarum tabelliones, sua qua apud omnes est securitate defraudari animadverteremus; Cum de colluvie latronum contra nos conductorum, variis in Polonia cum officiis, tum subsidiis in nostri perniciem aucta cumulataque nuncium adferretur;

F. 177 v Cum eorum qui ex illis nobis captivi facti sunt, editae confessiones, nec ab iis multum dissonantes secum habitae literae de Aulae Regiae conniventia et affectata quadam dissimulatione, non obscuro indicio testarentur; Cum denique subiret mentem cogitare, si citra hoc esset, tam esse non modo M. Vestrae sed singulorum Regni Palatinorum potentiam auctoritatemque V. hosce furores reprimere, et vel in herba concidere potuisset. In quo quanto graviore R.M.V. legatus nos sollicitudinis mole levaverit, Cum R.M.V. augustissimam mentem a tantis iniuriis, infestationibusque quam alienissimam esse nobis confirmaret, tanto maiore curarum pondere vicissim gravare visus est, quod iisdem illis, ut levissima utamur rei indigitatione, iniuriis, ulla ratione compactat[a] violata esse pernegaret; Idque hac sola de causa, quod neque iussu neque conniventia Regia, sed adversus serenissima Interdicta illata, et de iis cavendis, per non ita pridem vita functum palatinum Cracoviensem, indicium commonitioque nobis facta esset, Cum tamen publice omnibus constet, et compactata nullam potiore ob causam quam ad vicinos a quavis iniuria tutos semper praestandos inita esse, et unumquodque quod iis teneretur Regnum non tantum ab inferendis damnis abstinere sed etiam omnes inferendi conatus avertere atque reprimere teneri. Quod autem idem R.M.V. legatus de pari nos, atque etiam ut ipse proposuit atrociori violatae vicinitatis crimine, insimulare iussus est, commemorando (quod secundum Orationis caput fuit) exaggerandoque infestationem in Poloniae confinium nuper cum nostri et qui ipsis ex vicina nobis Regni Bos provincia aderant, succenturiati pro tutandis contra Cossacos finibus excubarent, factam; id eiusmodi est, ut magnopere illud improbemus, meritoque detestemur. Nobis vero nostratibusque, ex quibus neque illud. Marchionem Brandenburgicum hoc nomine imprimis notatum eripimus, imputari nihil iure queat. Etenim sancte affirmare possumus, habita idcirco inter nostros diligenti inquisitione, nihil indagari potuisse, quod vel ^{b)} unum ex Silesiacis militibus ullo facti colore culpae affinem redderet. Neque minore fidei religione de Illus.-mo Marchione Campiductore nostro asseverare licet; cum patrati tanti sceleris indignitatem, tam acerbe graviterque tulisse. Ut cognitis rei nefarie circumstantiis, petulantissimorum postea illorum militum Duces atque praefectos continuis literis, internunciisque fatigare non destiterit, donec facti sive autho-

res sive complices comprehensi in vincula conicerentur, quorum etiam-num plus minus triginta hoc solo nomine constricti tenentur, condi-gnam laboris nefandi mercedem haud dubie reportaturi.

F. 178 r Quin etiam ultro pollicemur, si minus ista R.M.V. satisfa-ciamus, nos vel repetita inter nostros inquisitione, iustitiae cursum denuo ursuros remque eo deducturos ut si vel indagari quisquam ex nostris etiam deinceps possit, vel a quoquam nobis denominari, is et iudicio compactorum sistatur, et ex eorum praescripto iustitiae satis-faciat, ut inde manifestum omnibus evadat, nos in iis quae ad tuendam, religioseque colendam vicinitatis fidem pertinere quoquo modo videan-tur, nihil unquam quicquam reliqui fecisse.

Quae porro de Episcopatu, iuribusque Episcopalibus in pristino statu conservandis, R-a M.V. a nobis requirit: eo loco semper habuimus, ut neque inconsulto, neque temere quidquam, neque quod ad ullius iniu-riam pertineret, admitteremus: Neque dubitabit R.M.V. nos etiam de caetero in hoc negotio Clementissimo nostro Magistratui atque omnibus bonis abunde semper probaturos ^{c)}. Quod autem Rationes Episcopi aliter hoc tempore disponendae veniant, id propria ex ipsius culpa accidit. Et per leges regni atque status ratione aliter non licet. De Episcopatu vero R.M.V. sibi penitus persuadere dignetur, illius et foundationem concussam, et statum in pristino vigore, non minus quam antehac con-servari. Quem uti a R.V.M. antecessoribus tanquam Silesiae principibus in terra Silesiaca, exque solis bonis et proventibus, nec aliis fundatum, ab insequentibus vero eiusdem Silesiae Ducibus multo liberalius auctum, locupletatum, et ad quo nunc eminet fastigium evectum, probe memi-nimus ^{d)}. Ita eius iura superioritatis atque patrociniū per regnorum, quae in orbe sunt vicissitudines, inclytis Bohemiae regibus, iam dudum cessisse, ipsis Episcopis etiam Vassalli iure, eoque ligio devinctis, publice constat.

Postremo propositionis R.M.V. capite, de literis actum est, quas non ita pridem communi nostro nomine, ad prudentissimos Regni Poloniae Senatores dedimus; Quae quod et in Serenissimam Domum Austriacam contumeliosae, et ad amplissimos Senatores, caeterosque R.M.V. sub-ditos ^{e)} seditiosae perhibentur, id eo certius ad nostram iniuriam perti-nere videtur, quo magis quemque integrae vitae fidelique a contumeliosis dictis factisque sibi temperare, atque detestando seditionis concitandae crimine procul abesse par est. Et nos quoque qui ex illustri non minus sanguine, nec una dumtaxat regia stirpe genus ducimus, nec non cae-teros qui avitae virtutis et antiquae nobilitatis, nostraeque adeo inte-gritatis, illustriora documenta habemus, longo satis intervallo semper abfuisse

F. 178 v in propatulo ^{f)} est. Quanquam in eo non est quod R.M.V. quidquam imputemus, cum non minus inter omnes constet, nusquam deesse, qui malevolentiae technis hoc praesertim turbato rerum om-nium statu, irretiti omnia etiam optime dicta depravare et calumniae obicere satagant. Nobis quidem nostraeque hac in parte innocentiae ipsa suffragatur conscientia et ad literarum istarum tenorem emitten-dum urgens necessitas, inde nata quod variis in Bohemia calumniis et contumeliis, harum provinciarum ordines obrutos sciremus, exque iis non parum discriminis nisi calumniarum nebulis detectis, actiones nostrae in apricum veritatis producerentur, nobis subverendum esset,

a quibus ideo nos purgare et de omnibus amplissimos senatores recte informare: operae precium visum, Cum, quae ante purgandi nostri causa emissa essent, vel tegerentur, vel studio negligenterentur, neque responso dignata essent, neque etiam de Comitibus Regni causam in iis nostram agendi, ulla spes affulgeret.

In iis porro literis in nullius vel iniuriam vel contumeliam quicquam ex proaeresi diximus. Quicquid dictum ipsa extorsit necessitas et honoris nostri defensio, quae simplicitatem requirit, et velo obduci, vel cothurnis adaptari nequit. Ostendimus etiam quantopere pacta per Cosacorum impunitas irruptiones labefactata, quaesivimus remedia tantopere afflicti, quos merito iustissimus dolor excusat. Petimus denique R.M.V. de nostris rebus rectius informari, et pro nobis intercedi. In quo si quid peccatum est, id vel nunc excusari liceat, intercedente tanto magis Amplissimo Senatorio Ordine: quo minus eius amplitudo et diu probata in Republica fides ullam de aliqua cogitationis seditiosae g) ex nostris literis contracta suspicionem admittere videtur.

Quod restat ab inclyta R.M.V. unice contendimus de nobis porro sibi perpetuo persuadere nos in observandis compactatorum legibus, synceraque vicinitatis fide: perpetua denique erga R.M.V. observantia et veneratione nulli secundos fore: Nosque sua vicissim Regia benevolentia gratiaque procul remotis sinistris suspicionibus completi dignetur. Id quod unice et ex voto factura est, si deinceps suos a nostrorum confinium invasionibus coerceat, et qui easdem de quibus iam actum literas ad quosdam in minori Polonia senatores nostro nomine detulit, Michaellem nempe Scultetum Civem Dregensem,

F. 179 r Quem ex Via Cracoviensi in reditu retractum Cracoviamque deductum inque carceres immeritos coniectum, merito valde dolemus, et conquerimur, relaxari h) quam primum iuberet. Quod ut a R.M.V. petimus obnixi, ita de optima eius in nos voluntate nequicquam amplius dubitantes, eandem quam felicissime diutissimeque vivere, florere, imperare optamus. Dabantur Vratislaviae in Conventu PP. et SS. Silesiae, Calendis Augusti anno M DC XX.

NN. Principes et Status Silesiae superioris et Inferioris.

In dorso: Paria literarum datarum a pp. et SS. Silesiae ad Regem Poloniae 1 Augusti 1620.

- a) studio *add. in marg.*
- b) vel *add. s. lin.*
- c) probaturos, *sic Ms.*
- d) meminibus *sic Ms.*

- e) senatores, *expunct.*
- f) probatulo *Ms.*
- g) cogitatae seditiois *corr.*
- h) aliquod verbum *expunct.*

N. 161

Gustrovii, 20 Augusti 1620

*Guillelmus dux Curlandiae
ad Robertum Naunton, secretarium regis Angliae
gratias ob servitia reddit*

F. 181 Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux S.D.

Amplissime et honoratissime, sincere nobis dilecte. Honestissimam vestram erga nos voluntatem cum nobis noster minister depraedicaret; praecipuam ex ea commemoratione voluptatem cepimus illam, quod istam propensionem cum fructu nostro illustri coniunctam intelligebamus. Quo pro vestro in nos animo eximio, quod reddamus hoc praesertim nostro tempore praeter literas, quid habeamus, non videmus. Atque utinam, quod ille olim optavit, idem hic optare possemus, ut etiam haec ipsa quibus vobis gratias agimus, ipsarum gratiarum melle essent tincta, verum ut tamen interim referendae gratiae rationem non obijciemus; sed occasionem nacti et acrius quoque complectemur, neque dimittemus, quam id quod par est, vobis saltem aliqua ex parte persolvamus: sic de vestra in nos voluntate ita iudicamus, futuram ut eandem erga nos semper

F. 181 v cognoscamus. B.V. Gustrovii 20 Augusti Anno 1620

Wilhelmus.

In dorso: Amplissimo et honoratissimo sincere nobis dilecto Roberto Nanton, equiti aurato, Regi Britanniae a secretis.

Alia manu: 20 of August 1620. The Duke of Curland.

N. 162

Gustrovii, 20 Augusti, 1620

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Georgium Calvert
eius virtutes laudat*

F. 183 r Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux S.D.

Amplissime et honoratissime, sincere nobis dilecte. Laus florentis Reipublicae amplior esse non potest, quam ubi Regi sapienti adherent, qui nobilitati doctrinam sociam prudentiam moderatricem adiungunt. Quae laus adumbrata Poetarum monumentis, contestata clarissimorum virorum exemplis, tradita Platonis ad Dionysium praeceptis, expressa est in vestro M. Britanniae Regno. Nam Regem habetis sapientia [et] potentia nemini secundum, exornatum cum aliis eximiis virtutibus, tum pietate in Deum, et charitate in proximum; qui optimi illius Persarum Regis Artaxerxis Longimani sententiam in iuvandis afflictis reipsa probat, quondam affirmantis ideo dexteram longiorem sibi a natura tributam, quia addere et augere beneficia principi convenientius sit, quam decerpere aliquid et derogare. Idem Sapientissimus et religiosissimus Rex vester viros secum habet, qui claritate generis, splendore doctrinae

F. 183 v et societate virtutis abunde illustant; quos, cum isthic aliquando versaremur, coram aspicere, cumque iis familiaritatem colere, nobis maximae voluptati fuit. Inter hos tuam quoque dominationem esse, ut iam ante sciebamus, et nunc inde satis superque perspeximus: quod nos in consequendo lautissimo Regio beneficio praeclare iuvat. Quod quidem mirifico suo in nos studio excitati facere aliter nec potui-

mus nec debuimus, quam ut gratias, quas maximas, dominationi tuae habeamus: laetitia vero, quas summas inde hausimus, non sermone nostro exprimendas, sed opinione tua metiendas, relinquamus: eandem obnixè rogantes, ut in nobis amandis faciat perpetuo, quae fecit; nosque serenissimo suo Regi, quoties data fuerit occasio, humiliter recommendet. Hoc erit nobis exoptatissimum. Nec vero de nostra grati animi memoria D.T. dubitabit, sed hoc sibi certissimo persuadeat, nihil nobis fore optatius, quam ut re quoque

F. 184 r gratissimi erga ipsam cognoscamur. B.V. Gustrovii in Megapoli 20 Augusti anno 1620

benevolus amicus

Wilhelmus.

In dorso: Amplissimo et honoratissimo sincere nobis dilecto Georgio Calvert, equiti aurato, Regi Britanniae a secretis.

Alia manu: 20 August 1620. William Duke of Curland to my Master

N. 163

s.l. 22 Augusti 1620

Ignotus

ad usum ignoti

rationes a rege Poloniae in futuris Comitibus exponendae (exemplar)

- F. 185 r* 1. Exponuntur rationes cur Comitibus nec citius indicii quam mense Novembri, nec longius prorogari potuerint. Inprimis vero cum hostis molitiones suas bellicas aestivis istis mensibus in actum deducere soleat; Idcirco Sacra S-a M-tas in terras vites, a) quos vocant, sive literas quibus publica expeditio cunctae Poloniae edicta est, per totum misit regnum, Comitibusque in Mensem Novembrem indixit, quo tempore campo ab hostibus deserto, maiores apparatus in futurum annum tanto commodius fieri poterunt.
2. Proponuntur pericula ab hoste imminencia, non vulgari sed tali cujus potentia non modo antecessoribus nostris sed universae Christianitati formidabilis et gravis est, hoc est a Potentissimo et immanissimo Turcarum Tyranno.
3. Itaque non modo sufficiens et perpetua defensio constituenda est, sed insuper deliberandum, an Turcam hic in medietate Regni operiri, vel potius ex communi Politicorum consensu, in hostico sedem belli figere, consultius sit.
4. Pericula a Tartaris significantur exponunturque, quum Nuncii Reg. M-tis ab utrisque Turcis et Tartaris ignominiose tractati dimissique sint.
5. Imo nec a vicinis finitimisque nostris Magistratui suo rebellibus et obedientiam turpiter renuntiantibus, ac spretis omnibus quae ad pacem conciliandam offerebantur mediis, ad eam confusionem delapsis, ut non tantum propriis cervicibus, sed universae Christianitati Turcicum iugum attraxerint, tuti esse non possumus. Imprimis quam diu Palatinatus Transylvaniae in Hungaria

F. 185 v confusione istarum telam nectit, qui sub praetextu qualicumque religionis defendendae, libertatumque asserendarum quod quaerat et qualis eius intentio sit toti terrarum orbi liquet, proinde ab ea parte limitibus nostris et ipsimet Cracoviae providendam.

6. Idem de Bohemis, quis enim per Deum quando paries proximus ardet, rem suam agi non putet, quis quando gladii iam a latere stringuntur, periculum contemnat.

7. Ius quod Reges Poloniae quondam in Silesia habebant, quomodo hac occasione stabiliendum recuperandum oblique insinuat exponeturque, Silesios pariete dumtaxat a nobis separatos militem in confiniis alere: qui quantumvis se maxime contineant, nullo tamen modo absque insolentia irritationibusque esse potest, satis enim amari iam sunt motuum illorum fructus. Servitorem Sac. R-ae M-tis in arduis negotiis ablegatum circa Topoliam captivarunt. Literas regias resignarunt. Diploma passus manu R-ae M-tis subscriptum regnique sigillum signatum violarunt, magna cum ignominia Regiae M-tis ac Reipublicae contra ius Gentium, quo libertas Tabellariorum cauta est: in poloniam irruptionem fecerunt, domos nobilium hostiliter devastarunt, facultates diripuerunt, negari quidem non potest cursiones ad ipsos tribus vicibus ex Polonia esse factas, sed a latronibus quibus nulla fides pietasque neque iura neque focus. Illi contra suum proprium militem quem deffensionis causa publicis sumptibus alunt, nobis immiserunt.

8. Induciae cum Sueco iam expirarunt, quae per Dominos Commissarios prorogari nisi patuerunt deliberandum necessario, quibus rationibus inclita Livonia defendenda sit.

F. 186 r 9. Quia certo R-ae M-ti constat Moscovitas non solum ut bello Turcico implicemur optare, sed ut ipsum promovere, occasionemque quamlibet adversus nos praestolari, dignumque est consideratione quomodo id quod Regno M.D. Lit. b) accessit, sartum et tectum conservari possit.

10. Disciplina militaris accuratius constituenda ne vagabundus miles a Republica non conscriptus in ditionibus regni, quemadmodum hactenus factum, hinc inde grassetur, et ne Cosaci in Pontum Euxinum excurrant, adeoque cum vicinis Regnum committant.

11. Domestica negotia in ordinem redigenda, sed publica anteferenda.

In dorso: 1620. 22 August. Rationes Regis Poloniae c).

a) convocatio « per vites » in iure publico Poloniae

b) sic Ms. [et] Magno Ducatui Lithuaniae?

c) Imperatoris Ferdinandi expunct.

N. 164

Gustrovii, 23 Augusti 1620

Guilelmus dux Curlandiae

ad Iacobum I regem Angliae

rogat ut per oratorem suum in Comitibus Poloniae eum filiumque adiuvet

F. 187 r Serenissimo Potentissimoque Principi et Domino Domino Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei

defensori, etc, D-no a) consanguineo et affini meo Clementissimo felicissimas quasque ex animi sententia fluentes prosperitates a Deo comprecatus cum devota meorum officiorum testificatione.

Serenissime et Potentissime Rex consanguinee et affinis Clementissime: grave semper iudicavi homini prudenti, non solum aliquid magni petere a tanta Maiestate, sed etiam cum illa de eadem re agere saepius. Sed quia ex illustrissimi Principis Friderici, Ducis Curlandiae fratris mei carissimi literis ad me Mitovio nuperrime datis, percepi comitia Polonica esse a d. 3 Novembris stylo Gregoriano, qui in veteri stylo erit 24 Octobris imminentis; Varsaviae indicta eaque iam appropinquare intelligam: fecit calamitatis meae magnitudo, Vestraeque Sacrae Regiae Maiestatis auctoritas, praeter quam, ubi a Deo discessero, nemo est, qui apud Serenissimum item et Potentissimum regem Poloniae, Dominum meum utinam Clementissimum illustrissimosque Regni illius inclyti b) Senatores et Ordines me et filium meum in hac deploranda mea causa plus iuvare possit, ut non reformidarim ad Sacram R. M. hunc meum libellum supplicem iterum deferri curare. Non quidem dubito, quin S-ae R-ae M-tis V-rae intercessionibus accurate et clementissime scriptae (quam abundantiam S.R.M.V. amoris et magnitudinem clementiae erga me verbis complecti vel cogitando nullus possum) multum ponderis apud potentissimum Regem meum sint habiturae, sed quia per se nonnulli homines in Serenissima Poloniae aula huic meae afflictissimae causae, Ducatuique meo indormiunt, forte nunquam evigilaturi, nisi ab auctoritate magna excitentur: sperabam submisso Sacrae Regiae Maiestatis vestrae pro filio, filiolo meo, et mihi nec praesidium ad perdita recuperanda maius, nec auxilium ad ornamenta ducalia recipienda praesentius esse posse quam si submisso rogando impetrarem, ut Sacrae V-rae Regiae

F. 187 v M-tis benignissima Voluntas animique Clementissimi ad utilitatis et honoris mei uberrimum fructum iam pridem testata inductio, etiam ipsis publicis Comitibus Polonicis innotesceret. Atque hoc ipsum, quod tamen cum bona S.V.R. M-tis gratia mihi scribere ut liceat, devote oro; fieri meo iudicio recte posset, S.R.M.V. oratori suo, quem ad aulam Polonicam, semper praestolantem habet, Clementissime et luculenter mandaret, ut Sac. V-rae R-ae M-tis nomine plenam mei, et filii mei restitutionem, in futuris quae dixi Comitibus publice, quam posset maxime praegnantibus argumentis, et ad captum Polonicum accomodatis verbis, urgeret. Agnosco quidem me hic pudorem dimittere, dum ad tantam Maiestatem tanta perfero. Verum cum egenti et in acie quasi novaculae constituto viro inutilis ille sit, audaciam hanc ausus fui; et S. V-am R. M-tem ut me haec suppliciter rogantem, hoc tempore comitorum, in quibus omnis mea fere humana salus latere videtur, Clementissime exaudiat, per ea quae S-ae R. M-ti V-rae charissima sunt, sic rogo, ut pluribus non possim. Habet S-a R. V. M-tas plurimos isthic clientes, a quibus laudem beneficentiae plusquam paternae certissimam consecutus est, Religionem, Regnum Splendidissimum, nobilitatem florentissimam, literarum studia, subditos omnes: en S. V-rae R. M-ti ego me cum filio submisso offero; aliquem apud ipsam, vel etiam ultimum inter illos locum ut obtineamus, devote studeo. Vestrae Sae R-ae Mtis opi gratiae voluntati totos trado et commendo: nunquam certe Ultimum inter eos, qui vel V-rae S.R. M-tis laudes sincere praedicant, vel

F. 188 r pro beneficiis sine fuco gratias agunt, locum in tota vita mea occupaturus. Deus ter maximus S-ae R. M-ti V-ae det pacem domi, foris victoriam adversus hostes, vitam sine offensione longaevam, eandemque rerum gestarum gloria et omnium bonorum abundantia florentem, potentia, honore, felicitate ampliorem in dies faciat. Datum Gustrovii 23 Augusti Anno 1620

Sacrae Regiae M-tis Vestrae,

Addictissimus et observantissimus Affinis et servitor,

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi et Domino, Domino Jacobo, Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, et Domino consanguineo et affini meo clementissimo.

Alia manu: 23 August 1620. Duke of Curland to his Ma-tie.

a) Dno *add.* s. l.

b) incluti *Ms.*

N. 165

Varsaviae, 26 Octobris 1620

Sigismundus III rex Poloniae

ad Iacobum I regem Angliae

respondit negative ad instantias restituendi Guilelmi in ducatum Curlandiae

F. 189 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, nec non Sueccorum, Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi Domino Iacobo Dei gratia Angliae, Scotiae, Franciae, et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini, et fratri nostro char-mo, Salutem et fraterni amoris atque felicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps consanguinee, affinis et frater noster char-me. Per-venerunt ad nos Ser-tis V-rae literae datae Westmonasterii die XXVII Mensis Martii Anni praesentis, quibus pro restitutione Guilhelmi quondam Curlandiae Ducis, ad eum quo privatus est Ducatum intercedit. Cum vero optime nobis sunt perspecta Ser-tis V-rae erga nos studia, equidem presenti occasione vehementer cuperemus testatum facere intercessionis Ser-tis V-rae maximam esse apud nos rationem, sed cum per leges Regni nostri quod iuribus et libertatibus suis gaudet specialiter cautum est ut Decreta in Conventibus Regni generalibus lata maneant immota, neque ullo modo sine accedente unanimi consensu omnium Ordinum, per nos mutari aut aboleri possint, in bonam partem accipiet Ser-tas V-ra quod hoc quoque Decretum contra Guilhelmum latum privata nostra auctoritate revocari nequeat. Caeterum in aliis occasionibus nostra studia et officia constabunt Ser-ti V-rae quam luculentissime eademque quantum licuerit re ipsa praestare sumus paratissimi.

Servet Deus Opt. Max. V-ram Ser-tem diu incolumem florentemque prosperrimo rerum successu. Datum Varsaviae die XXVI Mensis Octobris Anno Domini MDCXX Regnorum nostrorum Poloniae XXXIII Sueciae XXVII. Eiusdem M-ttis V-rae

bonus frater,

Sigismundus Rex.

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei Gr-a Angliae Scotiae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori consanguineo affini et fratri n-ro char-mo.

Alia manu: 26 October 1620. The King of Poland to his M-tie. *Sigillum arreptum.*

N. 166

Varsaviae, 13 Novembris 1620

*Christophorus Radziwill
ad Iacobum I regem Angliae
nuntiat mortem fratris sui Ianussii*

F. 191 r Serenissime ac Potentissime Rex, Domine benignissime.

Cum inter reliquas raras et conspicuas Seren-tis V-rae quibus inter reliquos praesentis saeculi Principes fulget virtutes, haec quoque non postrema sit, quod singulari comitate et benevolentia exteris quoque familias et viros illustres complectitur, mihi ex multis non tam verborum indicis quam rerum argumentis constet, Ser-tem V-am ex hoc virtutum Regiarum fonte largissimum amoris rivulum in nostram quoque familiam atque inprimis Ill-m Principem Dominum Janussium Radzivilium Ducem Birzarum Dubinkorum et Slucen: Castellanum Vilmensem fratrem meum germanum charissimum, cuius incredibilis in Serenitatem V-m fuit observantia et obsequium, nec non in meipsum tam in Anglia quam aliis evidentibus signis derivasse, non possum sine magno animi mei dolore Seren-tem V-m celare, eundem ad Comitium Regni tendentem in itinere die 7 Mensis Novembris Czarlini in Borussia repentina morte, cum ab aliquot annis continuis morbis exhaustus esset, pie tamen et placide in Christo obdormivisse, et Coniugem Ill-m Dominam Elisabetham Sophiam natam Marchionissam Brandenburgicam, postquam ex ea duas filias, et recenter filium haeredem suscepisset, et me, meosque, nec non reliquos Agnatos, cum quoque omnes boni publici amantes Patriae Cives in summo dolore et moestitia reliquisset: Maritum namque in flore aetatis Coniugi Parentem tenerimis liberis, Consultorem et Opatulorem Patriae et Ecclesiae, inopinate ereptum esse merito omnes dolemus: Veruntamen quia mortis fatum nec consilio prudenti, nec facto forti, aut remedio sagaci subverti aut retardari potest; necessario hunc luctum ferre et DEVM, quo auctore cuncta eveniunt, sine murmure comitari oportet, neque dubitare possum, quin Serenitas V-ra hunc quoque casum pro cognita sua in fratrem defunctum benevolentia, condolenti animo sit acceptura, et non tam fratri,

qui humanam miseriam immortalis virtutis memoria relictæ exiit, quam Ill-mæ Viduæ liberis orphanis, mihi moestissimo fratri, totique familiæ nostræ compassura. Vt autem pro Regia sua virtute Ser-tas V-ra ea benignitate qua fratrem, dum in vivis erat, eius relictam Consortem et liberos, familiamque nostram perpetuo complecti dignitatem et fortunas eius Regio patrocínio protegere, provehereque, meque gratiæ suæ Regiæ commendatum habere dignetur, observantissime rogo; Ac Ser-ti V-rae devotissimam mentem, sincerumque observantiæ cultum, omni loco et tempore pro virium mearum tenuitate comprobandum humillime offero: Quam ad Divini nominis gloriam, Rei Christianæ ornamentum, et hostium eius terrorem, florentissime ac diutissime vivere intimis ac perpetuis votis precor. Datum Varsaviæ 13 Novembris Anno Domini 1620

Ser-mæ Reg. M-tis V-rae

Observantissimus servitor a)

Christophorus Radzivil, Dux Birzarum et Dubinkorum

M D L Campiductor manu propria

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo Dei gratia Magnæ Britanniae, Franciæ, Hiberniæque Regi, fidei Defensori, D-no Benignissimo.

Alia manu: 13 November 1620. Christopherus Radzivil to his M-tie.

a) *Haec ultima verba manu ipsius Christophori*

N. 167

[Varsaviæ], 10 Decembris 1620

Senatores et Ministri Regni Poloniae

et M. Ducatus Lithuaniae

ad Ioannem Carolum Chodkiewicz, administratorem

aliosque dignitarios in Livonia

tractationes de indutiis cum Regno Sueciæ committunt
(*exemplar*)

F. 193 Praescriptum Instructionis.

Senatorum Inclyti Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae, Illustrissimis, Magnificis et Generosis Dominis Joanni Carolo Chodkiewicz, Comiti in Bychov, Sklov et Mir, Palatino Vilnensi, Supremum Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Duci, et Administratori Generali Livoniae; Joanni Gothardo a Tisenhusen, Castellano Wendensi, Marienburg.; Bartholomæo Wazinsky, succamerario Derpatensi; Mathiæ Wieselovsky Ronnenburgensi, Waltero Platenberg Novogrodensi, Capitaneis; Amicis suis observandis. Warsoviae die Decembris Anno Domini M DC XX datum.

Cum tempus illud decurrerit, quod Inductis ab utraque parte Inter Regna Poloniae et Sueciæ antea sanctis praestitum fuit, et posteriores

Inducias neque Status et Incolas Sueciae respuere, neque a rationibus Reipublicae nostrae alienas esse intelligamus: Induximus in animum Nos Senatores Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, annuente S-a R-a M-te, salvo tamen per omnia Iure suo ad Regnum Sueciae haereditario, transactionem Induciarum cum Regno Sueciae iterum experiri. Proinde omnium tam Regni Poloniae quam Magni Ducatus Lithuaniae Ordinum unanimi consensu et consilio, Illustrissimum, Magnificos et Generosos D-nos Joannem Carolum Chodkiewicz Comitem in Bychov, Sklov et Mir, Palatinum Wilnensem, Supremum Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Ducem et Administratorem generalem Livoniae, Joannem Gothardum a Tisenhusen Castellatum Vendensem, Marienburg: Bartholomaeum Wasinski, Succamerarium Departensem, Matthiam Wiesolovsky Ronnenburgensem, Walterum Blatenburg b) Novogrodensem: Capitaneos quorum virtus, prudentia, fides et patriae charitas cognita Nobis perspectaque est, Commissarios ad tractandas eas Inducias deputamus, eisdemque literis hisce nostris plene committimus ut communicato prius consilio cum

F. 193 v Sueticis Commissariis de loco tractationis et de tempore, negotium hoc quam primum aggrediantur, et si alterius partis consensus accesserit, quod bene faciliterque cedat, Inducias quibus utrumque Regnum et omnes ejus adjacentes provinciae contineantur, ad annos quatuor pacificentur, et cautiones desuper faciendas dent, vicissimque a Suecis accipiant, omniaque Iudicio suo ita gerant, ne quid inde capiat Respublica aut detrimenti a) aut indignitatis. Nos vero publico nomine promittimus, quicquid ab iis cum Sueticis commissariis constitutum fuerit, id totum inviolabiliter ab Ordinibus Reipublicae nostrae observatum iri. Conditiones vero hisce Induciis tractandis et perficiendis hae erunt, quae subsequuntur:

1. Prima, ut Pernovia tempore Induciarum ante denuntiationem occupata cum omni suo territorio, tanquam fundus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, ab omni controversia alienus, deductis inde Sueticis praesidiis, et omnibus rebus quae ad munitionem pertinent, ibidem relictis, certo tempore restituatur.
2. Secunda est, ut durantibus hisce Induciis, super iniuriis tam personalibus quam realibus si quae forte inter privatas personas intercederent, iustitia sine dilationibus utrinque et respective administretur.
3. Tertia, ut Commercia tempore hoc Induciarum sint libera.
4. Quarta, ut Nobilitati ab utraque parte conversandi, et sua negotia expediendi constans et libera sit facultas.
5. Quinta, ut antequam tempus Induciarum finiatur, si res ad arma inter duo haec Regna in posterum spectaverit, nova et sollemnis belli denunciatio, integro medio anno praecedat, et ad noticiam nostram deducatur. In quorum omnium fidem, robor et testimonium praesentes manibus nostris subscripsimus et sigillis nostris communiri fecimus.

Laurent. Gembiczky, Archiepiscopus Gnesnensis, R. Polon. Primas. -

Andreas Lipsky, Episcopus Luceorien. Regni Cancellarius. -

Joannes Comes ab Ostrorog. Palatinus Posnanien. -

Nicolas Hlebovicz, Castellanus Vilnensis. -

Alexander Kodkiewicz, Palatinus Trocensis. -

Thomas de Zavoscio ^{c)} Palatinus Kiov. -

Nicolaus Wolsky de Podolia, Regni Poloniae supremus Mareschalcus. -

Nicolaus Danielovicz, supremus Regni Thesaurarius. -

Martinus de Pr: Cap. Sir. -

Leo Sapieha, Cancell. Magni Ducatus Lithuaniae. -

Wenceslaus Castellanus Lanciczky. -

Wenceslaus de Leszo, Vicecancellarius Regni. -

Andreas Gorsky Castellanus Canimicensis. -

Albertus Stanislaus Radzivill, Dux Olicae, Vice Cancell. Magni Duc. Lithuaniae. -

In dorso: Instructio Ordinum Regni Poloniae pro Legatis ad Ordines R. Sueciae die X. Decemb. 1620.

Alia manu: The Instructions of Poland.

a) detrimentis *Ms.*

c) sic in ms, *recte*: Zamoyski.

b) sic in *Ms.*

N. 168

Varsaviae, 10 Decembris 1620

*Senatores et Ministri Regni Poloniae et M. Ducatus Lithuaniae
universis
de deputatione commissariorum pro tractationibus cum Suecis
(exemplar)*

F. 195 r Copia Plenipotentiae Poloniae super induciis ad annos IV

Nos infrascripti Regni Poloniae, Magnique Ducatus Lithuaniae Senatores nomine totius Reipublicae, notum facimus Universis et singulis quorum interest, vel interesse quomodolibet potest, cum tempus constitutarum antea inter Regnum Poloniae et Sueciae induciarum elapsum sit, et a novis constituendis neque rationes Regni Poloniae abhorrere, neque Ordines et Incolas Sueciae alienos esse intellexerimus, Universa Republica consentiente, tractationem de novis induciis suscipiendam existimavimus. Quocirca unanimi consensu omnium Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, ad eam rem certos deputavimus Commissarios, quorum nomina in Instructionis nostrae praescripto, quod Warsoviae die X Mensis Decembris anni praesentis manibus nostris subscriptum et sigillo communitum est, iisque facultatem dedimus, ad faciendas inter Regnum Poloniae et Sueciae inducias annorum quat-

tuor, idque certis pactis et conditionibus, quae in eodem Instructionis nostrae praescripto exprimuntur. Cuius quidem praescripti vigore, quicquid Commissarii nostri statuerint et decreverint, id Nos ratum firmumque habebimus. Caeterum ut Regni Sueciae Incolae iustas si quae constituentur, Inducias a Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae bona fide observatum iri confidant, sancte et religiose praesentibus hisce literis nostris id promittimus, omnique meliori modo et forma Sueciae Incolis hac in parte cavemus, modo etiam ii, nihil tale admittant, quod infringendi istas inducias causam praebere possit. In cuius rei maiorem fidem atque robur praesentes manibus nostris subscripsimus et sigillis nostris confirmari mandavimus. Datum Varsoviae die X Mensis Decembris Anno 1620.

Laurentius Gembidsky, Archiepiscopus Gnesnensis R. Poloniae Primas. -

Andreas Lipsky, Episcopus Leopoliensis, a) Regni Cancellarius. -

F. 195 v Joannes Comes ab Ostrorog, Palatinus Posnanensis. -

Thomas de Zamoschio Palatinus Kioviensis. -

Nicolaus Wolsky de Pod: Regni Poloniae supremus Marscallus. -

Nicolaus Klebowitz, Castellanus Vilmensis. -

Martinus de Pr: Cap. pr: -

Leo Sapieha Cancell. magni Ducatus Lithuan. -

Albertus Stanislaus Radzivill, Dux Olivae, Magni Ducatus Lithuaniae Vice Cancellarius. -

Alexander Kodkevitz, Palatinus Trochen. -

Venceslaus Castellanus Canzisky b). -

Wenceslaus de Lesno vice Cancellarius Regni. -

Andreas Gorsky, Castellanus Kamnic. Thesaurarius Curiae Regni Capitaneus burucensis. -

Nicolaus Danielwitz, Supremus Regni Thesaurarius. -

Secunda Plenipotencia D-norum Senatorum Polonorum et Lithuanorum super induciis ad annos VII.

Haec per omnia cum superiori congruebat, excepto longiori termino Induciarum ad annos septem.

PP. ad faciendas inter Regna Poloniae et Sueciae Annorum septem inducias, idque certis sub eorundem Senatorum Autographis et sigillis per omnia.

In dorso: Copia Plenipotentiae Poloniae super induciis ad annos IV peragendis Warsaviae, Decembri 1620.

a) sic in ms. recte: Luceoriensis

b) sic in ms. (v. N. 167)

Varsaviae, Decembris 1620

*Iacobus Szczawiński, marsalchus aliiq̃ue nuntii terrarum
universis
attestatio votorum Comitiorum de homagio ex ducatu Prussiae*

F. 197 Nos infrascripti fatemur et attestamur coram Universis et singulis quorum interest, quod in Comitibus Regni Poloniae generalibus praesentibus Constitutio quaedam de feudo Prussiae unanimi omnium consensu Nunciorum Terrestrium in Collegio illorum congregatorum facta et conscripta atque coram Sacra R-a M-te in numero aliarum constitutionum perfecta erat, ea videlicet, ut Ill-mus Princeps Georgius Guilhelmus Elector Brandenburgensis Dux Prussiae, post satisfactionem pactis et conditionibus in iure expressis ad homagium sive per se, sive per legatum suum admittatur. Cui constitutioni et intercessioni nostrae responsum per supremum Cancellarium Regni, S-a R-a M-tas dedit, eo quod ipsa de negotio hoc nondum satis deliberavisset. In cuius rei fidem hanc attestationem edidimus et manibus nostris subscripsimus, ac sigillis nostris munivimus.

Actum Warschavia feria tertia post festum conceptionis beatissimae Mariae Virginis proxima, Anno Domini 1620

Sigillorum locus

Jacobus Sczawinsky, Marsalchus pro tunc Nunciorum Terrestrium
Georgius Dux in Zoaras, ^{a)} Nuncius Palatinatus Cracoviae
Sendivogius Comes ab Ostrorog, Palatinatus Posnanien. Nuncius
Christophorus Dux de Zoaras, ^{b)} Nuncius Terrae Sendomiriensis
Alexander Praseczinsky Nuncius terrarum Braclaviae
Alexander Kropinovsky, Nuncius terrarum Braclaviae
Jun. Zytinsky, Nuncius Braclaviae

In dorso: Attestatio Nunciorum terrestrium super consensu ipsorum in puncto Investiturae Electoralis. 1620

Aliud exemplar continetur in fol. 199, ubi Sczawinsky scriptum est.

a) b) sic in ms. recte Zbaras

ex ditione Venguiana, 24 Decembris 1620

*Christophorus Radziwill
ad Iacobum I regem Angliae
fratre orbatu, condolentiis regiis se suosque commendat*

F. 201 Serenissime et Potentissime Rex Domine Clementissime.

Qua semper animi devotione erga S.R.M.V. fuerit, pie defunctus, felicitis memoriae frater meus carissimus Janussius Radzevil, Dux in Birze, Dubinki, Slucko et Kopyl, S.R.Imp. Princeps, Castellanus Vilnensis, arbitror S.R.M.V. tum antea quoque, tum etiam ultima ipsius ad S.R.M.V. legatione pro suo erga defunctum Regio favore abunde per-

spexisse, atque utinam misera patria nostra, hisce deploratis et calamitosis temporibus, tot periculorum undique agitata procellis, vivo potius tanquam optimo et Patriae devoto senatore diutius gavisa fuisset. Verum siquidem summo rerum arbitro sic disponente, omnia haec summa, et ima, quaecunque oriuntur occasum quoque suum sortiri necesse est, tanto felicitior nobis, qui invisa haec caelo tempora, et humanos omnes effugit casus, et ad immortalitatem virtutes suae alis moriendo pervolavit. Quamvis autem optandum nobis fuisset, minus lugubri nuncio Regias aures S.R.M.V. occupare, Fretus tamen Regia S.R.M.V. benevolentia id significandum duxi, ita persuasus S.R.M.V. ex pia et Rege Christianissimo digna compassione, tam fideli S.R.M.V. ac devoto clienti, in florida aetate, fato adverso, patriae, et nobis erepto, quam domui nostrae praecipuo hoc ornamento orbatae condolituram, derelictamque ipsius Illustrissimam viduam, ac orbatos parente optatissimo pupillos, Regio suo favore inposterum quoque prosecuturam. Deum optimum Maximum rogamus, ut ille adversa eiusmodi omnia, ab universa Regali S.R.M.V. familia avertat, ac firma corporis valetudine,

F. 201 v et prosperrimo rerum omnium successu quam diutissime florentem ac beatam reddat. Cuius Regio favori me, ac devota mea studia ac officia, ea qua par est observantia, in locum pie defuncti fratris mei carissimi commendo. Dabantur ex ditione Venguiana die 24 Decembris Anno 1620

S-mae R. M.V-rae

observantissimus servitor

Ch. Radzivil Dux

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi et D-no D-no Jacobo D.G. Sexto Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei verae defensori, D-no meo clementissimo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 24 Decemb. 1620. Duke Radzivil to his Ma-ty sent by Mr. Gordon

N. 171

Varsaviae, 18 Decembris 1620

Patricius Gordon

ad Iacobum I regem Angliae

de morte in bello Stanislai Zółkiewski, de frustrato tentamine Piekarski occidendi Sigismundum regem, de attributione Ducatum Prussiae et Curlandiae etc.

F. 203 Please your sacred Majestie,

Becaus my last lettres sent hence the tuelveth day of October may in these troublous tymes be misscaryed, your Majestie will hereby summarlie understand the cheef occurrences here since my comming hither.

In respect of my journey throw Prussia, infected with the plague, four weekes were spent before I got audience of the King. Concerning his proposition to joine with your Majestie by way of mediation for

settling of the troubles in Germanie, first he alleadged that he had given no commission to Lord Pole to informe Captane Buck therof: but considering the Weightines of the mater, and your Majesties readines to concurre with him, he thought good to exspect the Emperours resolution. Which although doubtles he hath gotten already, yet he delayeth to give me anie ansuer therof, or of anie other purpose concerning him self, becaus he is minded to send his owne Ambassadour to your Majestie once this winter.

Caspar Gratianus, a German, maid by the Turkish Emperour Palatin of Valachia, surrendred the same to the Polonians: Who mynded to have reteened it by force, in September last lossed almost ther Whole armie of ten thousand men by the dexteritie of Scander Bassa secound-ed by a multitud of Tartares. The General, Solkiefski, great Chancel-lour of Poleland was slane. Never one Commander escaped death or captivitie. Many flying were drowned in the river Prut. The Polonians to excuse ther breach of peace, alledge that the Estates of the Low countries, together with the Hungarians, Bohemians and ther Con-federates sollicitied the Turk to invade ther countrie (yea, it is written hither from Constantinople that your Majesties Oratour there joined with them, as Lord Weiher show me but is thought by wise men incredible) to withdraw the Cosackes from Hungarie and Germanie.

Upon the first day of November, a Polonian gentleman named Pekarski, intending to have murdered the King entring the Church doore strook him with a Polonian hammer behind upon the head, but the furred Cap following the stroak, the yron fastned in the Pikkadill, Nevertheles as the king looked about, the traitour strook him agane with the staffe upon the syd of his head and face that he fell almost to the ground. In the meantyme the Prince, who had stayed a litle behind his father, reading a Patent on the church doore, hastned and wounded the villane. Incontinent arose a cry in the Church: The Tartares, the Tartares. Wherof the multitud of people convened at Parliament, esteeming the king to have bene slane by some barbarous Scythian stratagem, became so stupefact that manie fled out of the toun, and a terrible tumult arose. Which shortlie Proclamation being maid that the king lived, was stilled.

F. 203 v Upon the 17th day of the same moneth the traitour was carryed upon a moveable scaffold thorow this citie, and in divers streets diverslie tormented. His breastes were nipped with hote tonges, his skin cutted in thwanges, his hand and the hammer in it burned in fyre, his quarters distracted with four horses and then burned to ashes. The reason of his attempt is alleadged this, becaus being superexpended in the Muscovian warres he was not rewarded as he expected.

The Parliament was ended upon the first day of December. Therin it is concluded that five millions of Polonian florens (each reckned to an half croun English) shalbe contributed to mantene warres against the Turkes and Tartares. Everie forrane merchant shall pay for his person four florens.

The Silesian controversie with Poleland and the conditions of the composition therof will appeare of the Silesian Ambassadors harangue and of the ansuer given therto by the Estates of Poleland. Which herwith I have sent to your Majestie.

Your Maiesties lettre of intercession of the Elector of Brandenburg was delivered to the king here in tyme of Parliament, but your Majesties Lettre to me cam not to mine handes befor the Parliament had ended. Neither have I gotten audience since. Whether the King deferreth of purpose (as appeareth) I know not. In the meantyme the investiture of the Electour of Brandenburg in the Dukedome of Prussia is delayed by the King, although the whole Estates have most willinglie condescended therto. Yea the King granted that it shalbe done, Onlie he pretendeth now that it is an inconvenient tyme, in respect of his great domestick and forrane adoes, and of the plague, wherwith that province of Prussia is infected. If these be fained subterfuges, as the Ambassadors of Brandenburg suspect, my nixt lettre shall declare, for I expect everie day audience.

The Ambassadors of Mekelburg interceding for the restitution of the Duke of Churland, and I also in your Majesties name is to get ansuer within few dayes. Since the Parliament thrie Ambassadors ar come hither at divers tymes (in case one had bene stayed by the way, another might come forward) with one instruction from the Emperour to seek help against his enemies. What an answer they get tyme will try.

From Bohemia here is no certantie, for all is openly reported in favour of the Emperour. Nevertheles manie affirme secretly that in th Late Convention of Estates at Wratislavia in Silesia, Contribution is granted to the King of Bohemia to renew his forces, and to joyne with the armies of Moravia. In Parliament no mention of religion was maid, especiaillie by reason of the deathes of the Duke of Westrog ^{a)}, Castellan of Cracow, and of Prince Janussius Radzevil, who died making preparation to come to Parliament. His brother Christophorus Radzevil sent to me his lettre to your Majestie most earnestlie requesting for a gracious ansuer with the first oportunitie

F. 204 r In case these come not to your Majesties hands I shall send the copie of the same within few weekes.

So praying daylie for your Majesties good health long lyfe and prosperous reigne I most humblye kisse your Majesties hands.

Your Sacred Majesties

Most humblye and loyale servant

Patrick Gordone

Warsaw the 18 of
December set. vet. 1620

In dorso: To the King his most Excellent Majestie, my most gracious soveraigne.

Alia manu: 18 Dec. 1620. Mr. Gordon his Ma-ties Agent in Poland to his Ma-ty. Rec. 16 Feb. 1620

Extat fol. 205 exemplar huius epistolae, paucis mutatis, ad Robertum Naunton, secretarium Regis, directum: in cuius fine adduntur haec verba:

Sir, It would please your honour to continew your wonnted favour and to excuse my extemporal writing with the Ambassadour of Brandeburg, Who stayed onlie one day here after he got his ansuer, and promised to cause my packet to be duellie directed. Within few dayes I will have occasion to write againe at large. So with my most heartie dutie I tak my leave.

a) *Sic in ms. Recte Ostróg.*

N. 172

Varsaviae, 28 Decembris, 1620

*Christophorus Carolus Nisiecki, regis Sigismundi III secretarius
ad legatos electoris Brandenburgensis
de delata investitura feudali in Ducatum Prussiae*

F. 207 r Responsum Sacrae Regiae Maiestatis datum Legatis Ill-mi Principis D-ni Georgii Guilhelmi, Marchionis Brandenburgensis, Sac. Rom. Imperii Archi-Camerarii et Electoris, in Prussia Ducis, Mag-cis et Genersosis D-no Adamo Schwarzenbergensi, Regii Ordinis In Gallia S. Michaelis Equiti, Consiliario et consiliario supremo ipsius M-atis, Ottoni a Groben Praefecto Schackensi, Bernardo a Konigseck, illi Provinciali, huic Iudiciali Ducatus Prussiae Consiliariis. Datum Varsaviae die 28 Mensis Decembris Anno D-ni M DC XX.

Nihil unquam Sac. Regiae M-ti fuit prius aut antiquius quam in id gravi consilio incumbere ut non modo pristina mutuae amicitiae vincula cum Ill-ma Domo Brandiburgica inita in antiquo flore permanerent, sed etiam novis officiis atque necessitudinibus subinde cumulata magis ac magis augerentur. Quam quidem Sac. Regiae Maiestatis voluntatem in tuendisque pactis atque foederibus studium, atque contentionem is semper exitus fuit secutus, ut nihil unquam e mutua benevolentia et propensione aliisque studiorum officiis utrinque desideraretur.

Quod sicut abunde expertos fuisse semper praeclarissimos Ill-mi Principis D-ni Georgii Guilhelmi Sac. Rom. Imperii Archi-Camerarii et Electoris maiores, praesertim vero laudatae memoriae suae Ill-tris Parentem nemini dubium aut inexploratum esse potest, ita S.R.M. persuasum habet Ill-trem Ipsius non minus maiorum suorum gloriam quam studium propensissimumque erga S.R.M-tem et universum Poloniae Regnum voluntatem praeclare esse aequaturum

Quod quidem in praesenti etiam Ill-mi Principis postulatione quam nomine ipsius ratione homagii praestandi legati Ill-tis suae gravi et sincerae voluntatis atque fidei

F. 207 v plena, oratione proposuerunt declarare cuperet Regia M-tas si desiderium hoc ipsius tam praesentium comitiorum status quam locorum temporumque ratio partim pestilentiae metu impetrata, partim bellorum periculis armorumque apparatu implidata non impedirent. Quod enim ipsa comitia attinet eorum omnes deliberationes, omnia consilia in eam unicam rem a S.R.M-te ordinibusque regni dirigebantur ut Barbarorum arma a regno et ditionibus S.R.M-tis atque adeo a vicinis regnis et provinciis arceri atque depelli possint.

Neque enim tam gravis atque ardua de bello Turcico deliberatio admittere potuit in consultationis societatem ullum aliud negotium praesertim cum iam hic communis christiani nominis hostis primi proelii successu insolens aspiranti atque obsecundanti fortunae vela dare regnumque hoc infestis armis adoriri decrevisset. Quamobrem cum haec praesentia comitia ob id in brevioris etiam temporis curriculum, quam nos atque statuta regni praescribunt redacta sint, nulla ratione tam arduum homagii praestandi investituraeque capiendae negotium in ipsis e re Ill-tis suae dignitati regni, ipsiusque rei, quae ex forma pactorum feudalium plurimas solemnitates atque caeremonias in se complectitur, gravitate peragi potuisset. Quae omnia aliaque plurima

F. 208 r impedimenta atque difficultates si Ill-tis ipsius gravi iudicio secum perpenderit, non dubitat S.R.M-tas ipsam pro sua prudentia huius negotii dilationem ad breve aliquod tempori spatium aequo animo laturam, ut interim S.R.M-tas cum ipsius Ill-te de tempore tam ipsius M-ti quam suae Ill-ti commodo, et de ratione praestandi homagii constituere possit, et ea quae praesens status Regni Poloniae et Ducatus Prussiae requirit, quaeque pacta feudalium concernunt, cum ipsius Ill-te transigi oportune valeant, atque hac ratione pacta feudalium debitum robur sortiantur. Et quidem ut ea omnia quae praesens negotium requirit, ex re et ipsius Regiae M-tis et suae Ill-tis communiumque ditionum componi commode queant, suos ad ipsam Regiam M-tas primo quoque tempore expediet legatos.

Interim M-tas sua quae ab optimo cognato et directo principe vasallus et veluti filius vicinusque et coniunctus Princeps expectare potest officia ab ipsius M-te praestolabitur vicissimque ad promerendum de ipsius Ill-te Regnoque Poloniae voluntatem et conatus suos benevole et oportune accinget, iis in negotiis de quibus suae Ill-ti per legatos Regiae M-tis referetur. Atque haec sunt quae Serenissima Regia M-tas Dominus

F. 208 v noster clementissimus Legatis Ill-mi Electoris de consilio Senatus Regni in praesentia respondere voluit, persuasum habens Ill-tem suam id responsum uti ab optimo animo propensissimae voluntate profectum, in eam partem accepturam ut intelligat nihil aequae S.R.M.-ti certi esse quam commoda dignitatem atque ornamenta ipsius. Qua in re si Ill-mus Elector S.R.M.-ti pro ut confidit pari studio atque affectu responderit facile sperat fore ut ex mutuis amicitiae bonaeque vicinitatis totque necessitudinum officiis uberrimi pacis atque gloriae fructus efflorescant. Ad extremum S.R.M.-tas D-nis quoque Legatis gratiam suam Regiam benigne defert felicemque ad Ill-mum Principem reditum exoptat.

Ex commissione Sac. Reg. M-tis propria

Christoph. Carolus Nisiecki, R. M-tis S.

28 Dec. 1620

In dorso: Responsum Regium Polonicum legatis Electoris datum: c'est a dire, Laves moy la pellice mais ne la mouillés point. Palabras y pocos hechos.

*Thomas Buck, miles
ad Sigismundum III regem Poloniae
petens saluum conductum in Angliam*

F. 210 r Serenissime Rex ac D-ne D-ne Clementissime, etc etc.

Ser-mae M-ti et Reipublicae quinquennium integrum omni cum fide et alacritate, obtestor Deum et homines, operam militarem navavi, quod et vulnere gravium in corpore meo cicatrices, et brachium amissum testantur. Quare quum sudore et sanguine stipendium benemeritum, et mihi optimo iure debitum, a S.M.V. impetrare nequeo, submisce saltem rogo S.M.V. pasportum suum Regium secundum illud Ill-mi D-ni G-nalis D-ni Chodkiewiczii mihi impartire dignetur, ne et re et nomine orbus ad Ser-m meum Magnae Brytanniae Franciae et Hyberniae Regem (quem hactenus novem annos famulatus sum) redire cogar: et ita dum caetera interim quiescant, S.M.V. et Reipublicae Poloniae in aeternum valedicam.

Ser-mae M-tis V-rae
promptissimus servitor,

Thomas Buck

Varsaviae, 23 Januarii 1621

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Consiliarios Regentes Ducatus Prussiae
ut milites ex Ducatu Prussiae sibi contra Turcas mittant
(exemplar)*

F. 211 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae.

Mag-ci Gn-osi et nobiles sincere et fideliter nobis dilecti. Eam quam nobis et ditionibus nostris vim inferre parat Turcicus Tyrannus, quanto studio et contentione ab omnibus imperio nostro subiectis populis propulsari paretur, non latet sinc. et fid. V-ras. Atque cum et Prussiae ducatus in eodem corpore Reipublicae contineatur quanto et ad eum communium periculorum metus in communi nostro periculo pertinet, ad eum etiam communis totius Reipublicae Regni, nostrae salutis studium et cura pertinere debet. Nec ea onera et subditos directos nostros in Ducali Prussia subterfugere debere, quibus ferendis et Prussiae nobis immediate subiectae populi subiacent aequitatis plena ratio videtur, maxime cum exitialis plane et gravissimi belli a cervicibus omnium repellenti omnes tenere debeat sollicitudo. Quare cum necessitas ipsa id exigat ut quam maximo externo milite utamur, dum eius numerositati minus sufficere possint ditiones immediate nobis subiectae in Prussia ad stativa eis omnibus constituenda, Requirimus et a sinc. et fid. v-ris ut in tam ardua necessitate pro suarum partium

ratione ad communem utilitem Regni nostri concurrant et etiam in Provinciis Ducalis Prussiae locis ad id commodis lustrationem

F. 211 v loca a) pro milite ex Germania educendo assignent, qui ut quam minimo sit incolis oneri, curae erit Tribunis militum a nobis assignatis, quibus id a nobis serio iniungitur. Magistros redendarum machinarum bellicarum peritos atque in dispendiis ex arte tormentis maioribus versatos ut etiam sinc. et fid. v-rae ex Provincia nos habere posse, quoque fieri possunt procurent, sedulo sinc. et fid. v-ras postulamus et requirimus rem gratam et suo studio erga nos dignam nobis in hac parte praestabunt. Quas etiam admonitas volumus, ut quam maxima diligentia curam habeant ne pestilentiae grassantis contagio libera adhuc ab hac lue loca attingat, atque iis in locis quibus iam grassari desiit regressus ei praeccludatur remediis adhibitis in eo ne praemature ad ea incolenda revertantur, qui in locis a contagione liberis hactenus morabantur. Facient haec omnia pro muneris significatione et gratiae nostrae causa quam eis deferimus beneque eas valere cupimus. Datae Varsaviae die 23 mensis Ianuarii Anno 1621, Regnorum nostrorum Poloniae 34, Sueciae 27.

Sigismundus Rex

In dorso: Copiae litterarum Regiarum ad Consiliarios Regentes Ducatus Prussiae, quibus contra pacta, petit loca ad lustrationem in Prussia, pro milite e Germania educendo, ubi subest periculum, ut eo ipso milite Ser-mus Elector e Ducatu extrudatur. 13 Jan. 1606 (*sic*)

Extat aliud exemplar huius epistolae fol. 213-213v.

a) *Sic in Ms.*

N. 175

Varsaviae, 16 Ianuarii, 1621

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
nomine Christianitatis opem in defensione Europae contra Turcas petit*

F. 215 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principe Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri, et consanguineo nostro char-mo Salutem et mutui amoris continuum incrementum. Ser-me Princeps frater, et consanguinee noster char-me. Ex nuper accepto a Ser-te V-ra responso ad nostras literas, quas ad Ser-tem V-ram dedimus, postquam promulgati, et publicati Constantinopoli, et per totum Imperium Ottomanicum belli, adversus Regnum, et ditiones nostras nuncium accepimus, intelleximus non sine magna animi voluptate Ser-tem V-ram prudentissimo consilio suscipere sollicitudinem imminentium malorum, quae communis Christiani nominis hostis Turca iam quidem ditionibus nostris subsequenti vero tempore, reliquis Europae Regnis

parat. Atque in eam cogitationem eandem venire, ut non ociosus spectator vicinae sibi flammae, et incendii Christianorum Regnorum esse velit. Quae Ser-tis V-rae praeclara mens, atque excelsi animi consilium, cum nobis singularem consolationem adfert, tum certos facit, Ser-tem V-ram, coniunctione nostra atque necessitudine communium ditionum id exposcente, nobis, qui potentissimi hostis bello, et immensis viribus premimur, optimam voluntatem erga nos suam re ipsa esse probaturam. Quare cum iam immanissimus hostis hic adverso casu exercitus nostri, sibi in Valachia oppositi insolentior sit redditus, ita ut ipsemet cunctis Imperii sui, et Tartarorum viribus pro proximo vere ad bellum contra nos accingatur, maiori quam unquam antea apparatu ex re nos facturos arbitrati sumus, si de his instantibus nobis periculis speciali Nuncio ad Ser-tem V-ram misso certiores faceremus, eam quam Sertas V-ra benevole obtulit egregiae voluntatis testificationem amanter requirentes. Dum autem is noster ad Ser-tem V-ram ablegatus illustrissimis ortus maioribus Generosus Georgius Ossolinski Comes de Tenczyn, Palatinus

F. 215 v Sendomiriensis, Camerae nostrae Cubicularius, quae a nobis in mandatis habet, referet Ser-ti V-rae, ei ut benignas aures praebeat, fidemque adhibeat, atque nostris respondeat postulatis a Ser-te V-ra cupimus; et in praesentia Ser-ti V-rae cuncta felicia precamur, optimeque eam valere, ac felici, et diuturno imperio frui optamus. Datum Varsaviae die XVI-a Mensis Januarii Anno Domini MDCXXI Regnorum nostrorum Poloniae XXXIV Sueciae XXVII.

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, fratri et consanguineo n-ro char-mo

Alia manu: 16 Jan. 1620. The King of Poland to his Ma-tie

N. 176

Varsaviae 20 Januarii 1621

*Vladislaus Sigismundus, Princeps Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de duobus viris sibi commendatis*

F. 217 r Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori Domino Consanguineo et fratri nostro charissimo et observando Vladislaus Sigismundus Dei gratia Poloniae et Sueciae Princeps, Electus Magnus Dux Moschoviae, Smolenscensis, Cernihoviensis Ducatum Administrator salutem et mutuam benevolentiam. Serenissime Princeps Domine Consanguinee et frater noster char-me et observande. Binas superioribus antea

diebus accepimus a Ser-te V-ra literas quibus nobis primum Generosum Arturum Aston, deinde Nobilem Petrum Makalinik commendaverat, singularemque animi sui testata fuerat erga nos affectionem. Non tam studium respondendi hactenus Ser-ti V-rae defuit, quam occasio; quae cum nobis se nunc per Magnificum D. Georgium Ossolinski, Sac. Reg. M-tis Domini Parentis nostri Clementissimi, et nostrum quoque Camerae Familiarem obtulerit, amoris benevolentiaeque Ser-tis V-rae per literas declaratae, nostris quoque vicissim literis ac officiis respondere non negleximus, quibus primum salutata Ser-te V-ra ipsi prompta nostra studia, eumque quo pro mutua sanguinis ac animorum cum Ser-te V-ra coniunctione erga eandem tenemur affectum declarare, deinde propensam nostram in illos homines a Ser-te V-ra commendatos voluntatem notam esse Ser-ti V-rae voluimus, eos nimirum cum virtutis ipsorum causa, tum maxime commendationis Ser-tis V-rae gratia, favore, benevolentiaque nostra complecti velle. Et Makalinio quidem cuius nobis virtutes, et rei militaris peritia, atque animi fortitudo optime perspecta est, pro meritis dignam recompensationem fieri curavimus. Alterius vero opera ac studio dum per occasionem licebit (quem nos et nunc Sac. R. M-ti commendare etiam non destitimus) in servitiis nostris uti, gratiamque nostram illi testari non intermittemus. Parati in aliis occasionibus nostrum comprobare erga Ser-tem V-ram, reque ipsa declarare, nos testati huius per literas in nos amoris et benevolentiae gratos esse, idque maxime in votis habere, ut Ser-ti V-rae singulari officiorum genere gratificari possimus, saepiusque de prosperis eiusdem rebus ac successibus laetari et gratulari. Quibus ut quam felicissime floreat Ser-tas V-ra, diuturnaue fruatur valetudine ex animo optamus. Datum Varsoviae die XX Mensis Januarii Anno MDCXXI.

Elusdem Ser-tis V-rae

Consanguineus et amicus benevolus.

Vladislaus Sigismundus

In dorso: Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, Consanguineo et amico nostro charissimo et observando. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 20 Jan. 1621. The Prince of Poland to his Ma-tie.

N. 177

Varsaviae, 24 Januarii 1621

Patricius Gordon

ad Azariam Sturz

*de restitutione ducatus Curlandiae principi Guilelmo *)*

F. 219 r Officiosa Amantissimaque salutatione praemissa.

A. Generose D-ne, Amice charissime, Sexto Id. Jan. tandem Sac. Reg. M-tas me audire dignata est. Ad omnia negotia mihi deman-data satis benigne et aequanimiter respondit, praeterquam Curlandicum, quod ad proxime secutura Comitla cum indignatione reiecit. Cum vero ego instarem: nulla esse opus dilatione, siquidem nuncii terrestres omnes

et plerique etiam Regni Proceres, Wilhelmi Ducis Curlandiae exilio diuturnisque miseris indoluerint, et legati Megapolitani petitioni unanimis annuerint, nihilque iam restare, nisi ut tolerabilibus conditionibus regia ira in misericordiam tandem aliquando verteretur atque aliquis toties repetitis, Ser-mi Regis et Domini mei Clementissimi precibus locus relinqueretur, ad ea paulo acerbius respondit: Oratorem Megapolensem Rhetorice satis Curlandiae Ducem laudasse falsa veris miscendo, ipsiusque facinora dissimulando: praesertim quod a D-no Chodkiwicio aliquoties rogatus Dunam cum auxiliaribus copiis transire obstinate recusaverit, et cum hoste suo saepius consilia tam aperta quam clandestina communicaverit: et etiamnum Principum intercessionibus callide abutatur, quoniam non ita pridem per literas (quarum exemplar penes se haberet) cum Duce Gustavo consobрино suo de abalienando Curlandiae Ducatu, pacisci prae se tulerit, ut ita ex eventu successus tam in Suecia quam in Polonia consilium commodissimum capere possit, sed ut longum discursum contraham, valde exiguae gratiae spes in praesenti apparuit, sed fortasse prudentiores Ducis afflicti consanguinei et amici remedium aliquod suo tempore perspicient. Illi, qui hic Friderici Curl. Ducis munera susceperunt eiusdem Secretarium Henricum Götte, liberalissimis promissis onustum dimiserunt. Caeterum Ill-mo Principi Wilhelmo Curlandiae Duci paratissima mea obsequia deferar rogo. Ferdinandi Imp. Rom. Legatis a) responsum est: Poloniae Ordines ita occupatos esse in apparatu Turcici Tartaricique belli, ut vicinis opem ferre non possint. Atque ita Gen. D.D. v-ram cum lectissima matre, uxore universaque familia bene valere cupio

Addictissimus amicus

Patricius Gordonius

Genere et Doctrina viro Clarissimo D-no Azariae Sturzio Iuris Doctori et profess. in Academia Rost[ock]

Varsavia xxiv st.no. M DC XXI

a) Legatis, bis, expunct.

*) Fol. 219r - 222r (NN 177 - 186) sub commune involucre inveniuntur cum inscriptione: Copiae aliquot lit. sub litteris A, B, C, D, E, F, G, H, I, K.

Videtur hoc involucre continens 10 epistolas de rebus ducatus Curlandiae, adnexum fuisse ad quandam relationem de iisdem rebus (v. N. 192?).

N. 178

Varsaviae, 26 Octobris 1620

[Sigismundus III rex Poloniae]

ad ducem Megapolitanum [Mecklenburgiae]

de negata restitutione Guilelmi in ducatum Curlandiae (exemplar)

F. 219 v Ad Ducem Megapolitanum.

Illustris Princeps, amice noster charissime. Redditae sunt nobis Ill. V. literae quibus V. Ill. pro restitutione Guilelmi quondam Curlandiae Ducis ad eum quo privatus est locum intercedit. Et sane pro nostra consuetudine annuendi postulatis Principum Christianorum, atque pro singulari nostro erga Ill. V. studio libenter huius intercessionis Ill.

V. affectum praestitissimus, si non leges Regni nostri expresse id cavissent, ut Decreta in conventionibus Regni generalibus lata, sola auctoritate Regia sine speciali eoque unanimi consensu omnium Regni Statuum nequeant mutari vel aboleri unquam. Cum vero huiusmodi impedimentum lati Decreti contra Guilhelmum obstet, non feret aegre Ill. V. ea in re sibi non posse satis a nobis fieri. Cui caeteris, si quae postmodum offerentur, occasionibus propensionem et benevolentiam nostram contestari volumus. Quam nunc quoque Ill. V. deferriimus, eandemque optima frui ^{a)} valetudine et prospero rerum successu exoptamus. Datis Warsoviae 26 Octobris Anno 1620.

Ad pedem: Has literas Serenissimus Poloniae Rex ad utrumque Ducem Megapolitanum iisdem verbis [eodemque exemplo, *add.* §.l.] ante proxima comitia dedit.

a) frui; ferri, *expunct.*

N. 179

Varsaviae, 20 Decembris 1620

*Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae
ad Guilelmum ducem Curlandiae
respondit ad instantias ut coram patre pro eo intercedat
(exemplar)*

F. 220 r Vladislaus Sigismundus Dei gratia Poloniae et Sueciae Prin-

C. cept Electus Magnus Dux Moschoviae Smolencensis, Seve-riensis, Cernihoviensis Ducatum Administrator. Ill-me Princeps, amice noster charissime. Acceptis ab Ill-te V-ra ad nos missis literis, quibus nostram quoque in negotio suo apud Sac. Regiam M-tem D-num Parentem nostrum Clementissimum promovendo postulavit curam et diligentiam, tantum habuimus satisfaciendo voto ac postulatis Ill-tis V-rae desiderium quantum ex eius casu infaelici percepimus et nunc perferimus molestiam, ni nobis et tanta negotiorum Reipublicae moles, quibus Regia M-tas cum ordinibus Regiis distenta fuit, tempus et commoditatem omnem huiusce rei ad effectum deducendae abripuisset. Quocirca neque nostri voti compotes fieri, nec eam de qua tantopere sperabat, et qua nos erga Ill-tem V-ram praediti sumus benevolentiam animique affectum hisce Comitibus testari potuimus. Non negligemus tamen, si commodior se obtulerit occasio, nostram in hac parte testari Ill-ti V-rae operam ac studium, quinimo id reipsa comprobare in posterum curabimus, nos infortunio hoc Ill-tis V-rae affici, idque maxime cupere ut tandem aliquando meliorem fortunam gratiamque Sac. Reg M-tis D-ni Parentis nostri Clementissimi experiatur : Cui itidem optimam valetudinem a Deo precamur. Datum Varsoviae die xx Mensis Decembris Anno Domini M DC XX

Ill-tatis V-rae benevolus

Vladislaus Sigismundus.

Ill-mo Principi D-no Guilelmo Curlandiae et Semigalliae Livoniae-que Duci amico nostro carissimo

Varsaviae, 16 Decembris 1620

*Laurentius Gembicki, Poloniae Primas
ad Guilelmum ducem Curlandiae
de negata in his Comitibus «restitutione ad pristinum statum»
(exemplar)*

F. 220 r Ill-me Princeps D-ne et amice observande.

D. Causam Ill-tis V-rae pro veteri nostro erga Ducalem Ill. V-rae domum studio et benevolentia Superioribus Regni Comitibus ad optatum deduci effectum optabamus. Sed cum ob ingruentia Reipublicae ab immanissimis ^{a)} Christiani nominis hostibus Turcis et Tartaris pericula de quibus avertendis ante omnia consultatum est, integrum huius consilii publici tempus salus publica sibi vendicasset, fieri non potuit, quin uti reliquae deliberationes, ita quoque Ill-tis V-rae ad pristinum statum restitutio ad proxime ventura Comitibus revocaretur.

F. 220 v Quae quoniam brevi sunt futura, ab Ill-te V-ra amanter requirimus, boni consulat exiguum hanc moram, seque ita comparet ut praeteritum errorem suo bene de Sac. Reg. M-tte adeoque inclyto Regno hoc merendi studio compenset, sibi autem de propensissima nostra erga se suosque voluntate optime polliceatur: quam bene valere exoptamus, ac eidem studia et officia nostra deferimus. Datum Varsoviae 16 Dec. 1620.

Ill-tatis V-rae amicus ad officia promptus

Laurentius Gembicki, Dei gratia Archiepiscopus Gnesnensis

Legatus Natus Regni Poloniae Primas, et primus Princeps.

Illustrissimo Principi Wilhelmo in Livonia Curlandiae et Semigalliae Duci, D-no et amico observ-mo.

a) in ms.: immanissimo

Varsaviae, 29 Decembris, 1620

*Ioannes Carolus Chodkiewicz
ad Guilelmum ducem Curlandiae
de negotio eius in his Comitibus non tractato
(exemplar)*

F. 220 v Ill-me Princeps, Frater et amice Colende.

E. Nihil unquam in votis magis habui, nisi ut possem quamprimum Celsitudini Tuae eum declarare animi affectum, quem et ipsa Celsitudo Tua expetit, et me eundem declarasse volupe futurum. Verum iniuria temporis factum, quominus oportune huc venire. Ipsi enim Comitibus finitis Varsaviam demum ingressus sum, ubi nihil minus quam de rebus vestris agere concessum fuit. Cum Regia Maestate saepius quidem fui, et de rebus vestris contuli: verum extra Comitibus de hoc negotio nihil decerni posse accepi; quam primum autem com-

moda aliqua sese obtulerit occasio, id efficiam, ut Celsitudo Tua intelligat ea me egisse quae et cum honore, et non sine evidenti vestro emolumento futura sint. Interim Deum oro et Celsitudinem Tuam quam optime valere faciat. Datum Warsaviae 29 Decembris Anno 1620

Ill-trae Celsitudinis V-rae Frater et Servitor

Johannes Carolus Chodkiewicz Palatinus Vlnensis

Ill-mo Principi ac D-no D-no Wilhelmo Curlandiae ac Semigalliae Duci D-no et Fratri meo Colendissimo.

N. 182

Varsaviae, 1 Ianuarii 1621

Nicolaus Wolski

ad Guilelmum ducem Curlandiae

ad eius litteras respondet, sua officia in futuro promittit (exemplar)

F. 220 v Ill-me Princeps D-ne Colendissime.

F. Litteras Celsitudinis V-rae ab Ill-m Principum Megapolien-sium D-no Internuncio accepi, quibus perlectis in quantum ex me fieri potuit, conabar sedulo praestare, ut tandem aliquando Celsitudo V-ra in tam gravi et calamitatis pleno negotio

F. 221 r suo relevari potuisset, et competitioni suae iam tot Principum intercessioni locum dare. Quid vero sit quod adhuc negotium hoc ulterius divellatur tam ex responso Regio quam uberius ex eiusdem D-ni Internuncii relatione Celsitudo V-ra intelliget. Ego quemadmodum hoc praesenti tempore ita et postea cum se occasio dederit, non inter-mittam omni officiorum genere semper me paratissimum exhibere ad omnia servitia praestanda Celsitudini V-rae. Cui felicem anni ingres-sum et omnia ut ex voto succedant precor. Datum Varsoviae 1 die Ianuarii Anno 1621.

Ill-mae Cels. V-rae, paratissimus servus Nicolaus Wolsky, D-nus de Podo:
Regni Poloniae Supremus Marscalus.

Ill-mo Principi D-no D-no Wilhelmo Curlandiae et Semigalliae Duci, D-no colendissimo.

N. 183

Varsaviae, 13 Decembris 1620

Iacobus Sczawiński

ad Guilelmum ducem Curlandiae

ad litteras quas ille internunciis terrestribus scripserat respondit favo-rabiliter (exemplar)

F. 221 r Ill-me Princeps D-ne Amice gratiosissime.

G. Cum hisce Comitibus in Collegio D-norum Internunciorum terrestrium mihi Marschalli munus fuisset impositum Ill-morum Ducum

Megapoliensium legatus Nobilis Azarias Sturtz Ill-mae Cels. V-rae literas ad dictos Internuncios mihi exhibuit; qui etiam publice praelecti, atque cum postmodum dictus legatus publice et sollemniter mandata sua exposuisset collectis suffragiis, intercessio decreta, et ad Sacram Regiam M-tem facta est ut latius legatus referet. Dolent equidem D-ni Internuncii quod inconsulto animi impetu nonnulla sunt infelicitate peracta, sed quia in exilio suo post poenitentiam Regiam gratiam et clementiam desiderat, aequitate misericordiae Collegium nostrum notum est, ut intercessionem imponeret, sicut et antea conquesti sumus, quod sine ordinis nostri consensu abiudicatio Ducatus sit facta ^{a)}. Speramus iam meliorem viam ad reditum impetrandum, et imposterum quoque hanc miserabilem causam nobis commendatam, quantum fieri potest habebimus. Interim Ill-mam Excell-m V-ram bene valere cupio. Datum Warsaviae 13 mensis Decembris Anno 1620

Ill-mae Excell-ae V-rae promptissimus amicus et ad quaevis paratus obsequia.

Jacobus Sczawinsky Capitaneus Lancic: Marschalcus praesens Nuncius Terre.

F. 221 v Ill-mo et Excell-mo Principi, ac D-no D-no Wilhelmo Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae duci, D-no amico suo gratiosissimo.

a) sunt...facta *linea subducitur*

N. 184

Varsaviae, 31 Decembris 1620

Iacobus Zadzik

Guilelmo duci Curlandiae

se coram rege pro eo intercedere promittit
(exemplar)

F. 221 v Ill-me Princeps D-ne amice observandissime.

H. Ill-morum Ducum Megapoliensium ad Sac. Regiam M-tem D-num meum Clementissimum ablegatus Internuncius reddidit mihi Ill-mae Celsitudinis V-rae literas, quibus in promovendis suis negotiis, operam meam requirendam esse censuit. Sane pro mea solita eaque propensissima in Ill-mam Cels. V-ram universamque illius Ducalem familiam voluntate, eo animi affectu et contentione in promovendis hisce Ill-mae Cels. V-rae negotiis, hactenus a me susceptum fuisse studium, ipse mihi sum conscius, cum Sacr. Reg. M-tatem saepius eo nomine compellando, cum nonnullis Regni Senatoribus, quorum auctoritatem apud Reg. M-tem plurimum valere intelligerem, illa ipsa negotia studiose commendando, ut nihil plane antiquius mihi fuerit, quam Ill-mae Cels. V-rae testatum facere, me in hoc officii genere boni et sinceri amici sustinuisse partes. Verum cum his nuper transactis Comitibus, nihil privati agitaretur, non nisi quae de amoliendis toti Regno a Turcarum Imperatore...bus periculis consultandis... ^{a)} Regni

susceptae fuissent, facile spero Ill-m Cels. V-ram aequiori animo latarum non potuisse hoc tempore votis et desideriis suis satisfieri. Res itaque dilata in aliud tempus, quod Deo auxiliante faelicius nobis erit sperandum. Ad quod libens quoque meam accomodabo operam, quam et in aliis occasionibus promptam semper et benevolam experietur, Ill-ma Cels. V-ra, Cui de caetero studia et officia mea paratissima defero eidem fortunatos rerum successus a Deo immortalis animitus precor. Datae Varsoviae die ultima Mensis Decembris Anno D-ni 1620.

Ill-mae Cels. V-rae amicus et servitor studiosissimus

Jac. Zadzik, Secr. Regni Maioris.

Illustrissimo Principi ac D-no D. Wilhelmo Curlandiae et Semigalliae Duci D-no amico observandissimo

a) *verba illegibilia ob defectum chartae*

N. 185

Varsaviae, 3 Ianuarii 1621

Hieronymus Cielecki
Guilelmo duci Curlandiae
respondit negotium eius delatum esse
(exemplar)

F. 222 r Ill-me Princeps D-ne D-ne observand-me.

I. Promptissimum meum studium ac sedulam quam in negotio eius per literas mihi demandato adhibui operam, cuperem reipsa non verbis Ill-ti V-rae declarare, ut intelligeret me sui semper observantissimum esse, et nihil plus a me hac in parte desiderari ab Ill-te V-ra potuisse. Verum cum ob difficillima Reipublicae nostrae tempora quibus distinemur, omnes causae et actiones in praeteritis Comitibus in aliud tempus dilatae sunt, atque saluti patriae et bono publico tantum consultum non mirabitur Ill-tas V-ra, praesens quoque negotium non quidem reiectum, sed commodiori occasione et oportuniori tempori reservatum esse. Faxit Deus quod ego summo cum desiderio exopto, ut tunc omnia ex animi sententia Ill-ti V-rae cedant et voti sui potiat. Ego quidquid studii et officii interim praestare potuero, illud totum et me ipsum Ill-ti V-rae accommodare non intermittam. De caetero me meaque paratissima studia et servitia Ill-ti V-rae defero, et felicibus eam perfrui successibus quam diligentissime precor. Datum Warsaviae die 3 Mensis Ianuarii Anno D-ni MDCXXI-o.

Ill-tis V-rae D-ni observandissimi studiosissimus

Hieronymus Cielecki, Refferendarius.

Ill-mo Principi D-no D-no Guilelmo Curlandiae et Semigalliae Duci, D-no Observandissimo.

Varsaviae, 17 Decembris 1620

Leo Sapieha
Guilermo duci Curlandiae
operam suam in sequentibus Comitibus promittit
(exemplar)

F. 222 r Illris-me Princeps D-ne D-ne Colend-me

K. Causam Ill-tis V-rae in anteactis Regni agitatam Comitibus cum alias Regni D-nis Senatoribus, quantum potui promovi, verum propter maximas Reipublicae difficultates hactenus definiri non potuit, in sequentibus Deo volente comitibus ut decidatur et definiatur meam non intermittam adhibere operam. Interim Ill-tas V-ra bono sit animo beneque de Republica nostra speret. Cui me et servitia mea diligenter commendo. Varsaviae 17 Decembris Anno 1620.

Illris-mae Cels. V-rae addictiss. servitor

Leo Sapieha Cancellarius Major Ducatus Lithuaniae

Illustrissimo Principi D-no D-no Wilhelmo, Curlandiae et Semigalliae Duci, D-no mihi colendissimo.

In dorso involucris: Copiae aliquot lit. sub literis A B C D E F G H I K

Varsaviae, 16 Januarii 1621
(styl. vet)

Patricius Gordon
ad Georgium Calvert
de Sigismundi III gratitudine pro litteris regis Angliae; de nuntio
Angliam mittendo

F. 223 r Right Honourable, for your verie favourable lettre, I render your honour most duetifull thanks, not having at this present other means of gratitud, unles it will please your honour to accepte of such occurrences as ar here. Which I have sent to Mr. Thomas Read to be communicated with your honour, and others of his Majesties Privie Counsel, to whome the shortnes of tyme would not suffer me to send divers copies.

His Majesties Last lettre to the King of Poleland, declaring his most Christian and Royal affection to the peace of Whole Christendome, and to the renovation of the truce with Swedin, was most acceptable to the King, Prince and all the Privie Counsellours that were here present. Wherunto the King will within few dayes returne a perfit ansuer to his Majestie by his owne Ambassadour, called Ozelinski, ^{a)} sone to the Palatin of Sendomiria.

Other Ambassadours ar shortlie to be dispatched to divers Christiane Monarches, Princes, and Republicques, concerning pacification of the present troubles in Christendome, and aide against the Infidel.

So wishing your honour good health, and felicitie, I most duetifullie take my leave

Your honours most addicted servaunt

Patrick Gordone

Warsaw the 16 of Jan.
st. v. 1621

In dorso: To the Right honourable Sir George Calvert, one of his M^{tie} principal Secretaries. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 16 Jan. 1620. Mr. Pa: Gordon to my Master.

a) *sic in ms.; recte Ossoliński.*

N. 188

Varsaviae, 29 Januarii, 1621

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Consiliarios regentes Prussiae
per legatos suos conventus [statuum] Prussiae convocat
(exemplar)*

F. 225 r Sigismundus III D. gr. Rex Poloniae

Mag-ci Gen-si et nobiles sincere et fideliter nobis dilecti. Pro ea sollicitudine qua semper uti consuevimus ad commoda subditorum nostro directo dominio in terris ducatus Prussiae tuenda et augenda, faciendum nobis duximus, ut antequam possessionem ducatus Ill-mo D-no Georgio Wilhelmo Marchioni Brandenburgico, S.R. Imp. Archicamerario et Electori in Prussia duci decerneremus, legatos et commissarios nostros ad Ill-m Electorem et Ordines ducatus ablegaremus, qui et de praesenti statu ducatus cognoscant, et ea omnia optimo consilio constituent, quae ex re ordinum et statu ducatus esse videbunt. Quare postquam designassemus commissarios nostros Generosos Lucam Sierakowsky Castellatum Landencem: venerabilem Christophorum Carolum de Rudzanoien, a) Niszizicky Arch-dn Plocensem Maioris Cancellariae regentem, Jacobum Szczepansky etc b) Mirachovien Capitaneum, Camerae nostrae Cubicularium, et Stephanum Sadovsky c) Secretarios nostros, Sinc. et fidl. vestris nostram in eo aperimus voluntatem eisque mandamus ut conventus in ducatu Prussiae indicant intra duas septimanas; generalem vero conventum pro die prima mensis Martii, sive Regiomundi, si a contagione pestilentiae libera est civitas, sive Bestrini prout ipsis videbitur, publicent, in quo ordines et nostra excipiant mandata, et quae cognitioni Commissariorum nostrorum proponenda

F. 225 v existimabunt in medium adferant, atque ipsis commissariis nostris tanquam nobismetipsis debitam reddant observantiam. Serio etiam adhortabuntur et promonebunt ordines ne in iis conventibus quicquam praeterquam ex mente pactorum tractetur: maxime vero ne seditiones et factiones excitentur. Facient id omni debita diligentia et

fide sinc. et fid-tes vestrae, nostraeque voluntati suum accomodabunt studium. Iam autem Sinc-tes et Fid-tes vestras benevalere cupimus nostramque iis deferimus gratiam. Datum Varsoviae die 29 mensis Januarii Anno D-ni 1621 regnorum nostrorum Poloniae 24, Sueciae 27

Sigismundus Rex

Mag-cis, Gen-sis Nob-bus ad gubernationem ducatus Prussiae constitutis supremis consiliariis regentibus sinc. et fid. nobis dilectis.

In dorso: Copia literarum Regis Poloniae ad Consiliarios regentes Prussiae quibus rex ipsis iniungit congregationem statuum ducatal. quod tamen Regi per pacta nequaquam licet.

a) sic in Ms.

b) *Extat aliud exemplar huius documenti in fol. 227-227v, ubi addatur post nomen Szczepansky, (Szcre-*

pansky in Ms) Succamerarium Culmensem Graudentinen.

c) Sadoesky in Ms.

N. 189

Alba Aula, 20 Januarii 1620

Iacobus I rex Angliae

ad Sigismundum III regem Poloniae

filiam commendat; intercedit iterum pro electore Brandenburgensi in ducatum Prussiae investendo

F. 229 r Iacobus Dei Gratia etc. Serenissime Princeps, frater consanguineus et amice charissime, filia nostra vicina partui secessit mediis belli terroribus ad Brandeburgicae aulae praesidium; qua in re apparuit suadentium prudentia, atque amicissima Electoris humanitas. Nec de simili apud V-ram Ser-tem asylo dubitavimus, si illi contigisset mutui nostri et fraterni amoris in Polonia facere periculum: etsi alias nos haud lateat quo animo V-ram Ser-tem esse par sit in hoc Christiani Orbis dissidio. Nostrum est itaque Electoris beneficium agnoscere, et donec licebit rependere, conari saltem ne nobis benefecisse sit illi apud V-ram Ser-tem fraudi. Cum hoc ipso nomine liceat nobis quod pro eo antehac rogavimus, iterum nunc petere, ut vestra benignitate tandem compos fiat investiturae Prussiae et morem a)... ubi temporis alacris compenset donatio. Specimen erit insigne magnificentiae vestrae in publicum, beneficentiae in eum principem, benevolentiae in nos, qui nobis cupimus imputari quae in eum beneficia conferuntur, ita de nobis nuper meruit et olim ea domus. Et rem gratam facere nos arbitramur S-ti V-rae quod virum Principem tradimus, di quis alius, dignissimum, in quo vestra benignitas se totum exerceat: cui nos optamus Vassallos eiusmodi quam plurimos vestrae dignitatis ornamento et Poloniae praesidio.

Dat. e regia nostra Albaula 20 Jan. 1620

In dorso: Copia literarum Regis Magnae Britanniae ad Regem Poloniae, 20 Jan. 1620.

a) *illegibilis propter defectum chartae*

Schluchovia [Człuchów] 6 Februarii 1621

*Ioannes Weiher, Palatinus Culmensis
ad Iacobum I regem Angliae
commendat Thomam Bucke milites ad servitium regis Poloniae con-
scribentem*

F. 230 r Sacra Serenissima Regia Majestas, Domine Domine Clementissime.

Recepi sub militari ductu meo Nobilem Capitaneum Thomam Bokium, ob singularem ejus mihi probe cognitam virtutem, fidelique Sacrae Regiae Majestati Poloniae et Sueciae Domino meo Clementissimo antehac praestita servitia, quibus meruit, ut et ametur, et ad honesta quaevis inter strenuos militaris studii viros officia promoveatur, Sed et summa quoque Sacrae Regiae Majestatis V-rae erga me gratia clementiaque dignum me facere semper arbitratus sum; studuique ac etiamnum studebo impensius, ut his oris degentes terrigenas subditosque ipsius, beneficentia dignos judicem, ipsoque facto idipsum declararem. Proficiscitur itaque a nobis dictus Capitaneus Bokius, in Regnum et ditiones Sac. Regiae Majestatis V-rae, ad conscribendum pedites trecentos virosque praeterea militari scientia insignes, ad servitia Serenissimi Regis Poloniae et Sueciae, contra infestissimum Christiani nominis hostem, quem Sacra Regia Majestas V-ra in hoc opere dextre atque maturius perficiendo, clementia favoreque suo Regio prosequi clementissime dignetur, etiam atque etiam humillime contendo. Gratum imprimis acceptissimumque Sacrae Regiae Majestati Poloniae et Sueciae Domino meo Clementissimo id erit, summoque studio M-tas sua Regia demereri conabitur. Obtulit mihi Capitaneus Bokius, ex oris illis ad nos rediens, a Sacra M-tate V-ra Regia Domino meo Clementissimo equos duos, donum mihi longe acceptissimum, cujus nomine Sacrae Regiae Majestatis Vestrae

F. 230 v gratias ago maximas, semperque in id incumbam sedulo, ut non in ingratum collocatum Sacra Regia Majestas V-ra intelligat beneficium. Cujus gratiae et favori me quam humillime commendo. Datae in arce Schluchovia sexta Mensis Februarii Anni 1621: -

Sacrae Regiae Majestatis V-rae

Domini mei Clementissimi observandissimus servitor,

Joannis Weiher, Palatinus Colmensis.

Sigillum arreptum.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo Sexto, Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, fidei defensori, D-no meo Clementissimo.

Alia manu: The Palatine Weyher to his Ma-tie

Megapoli, 14 Aprilis 1621

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut sua in ducatum Curlandiae restitutio commendetur regi Poloniae; suam erga eum fidelitatem instanter declarat*

F. 232 r Serenissime Potentissimoque Principi et Domino Domino Jacobo, Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei Defensori etc, D-no Consanguineo et Affini meo clementissimo, firmissima ad Regni stabilitatem praesidia, ad omnem incolumitatis Regiae tum dignitatem tum prosperitatem ornamenta et adiumenta sempiterna comprecatus, cum meorum quae ab animo addictissimo proficisci possunt, officiorum testificatione. Serenissime et Potentissime Rex, Domine Consanguinee et Affinis clementissime. Cum proxima comitia Polonica Varsaviae mense Decembri superioris anni haberentur, fovebat me spes pulcherrima fore, ut afflictas meae causae navicula, tot magnatibus felicem eius velificationem adjuvare conantibus, tandem apud Serenissimum item et Potentissimum Poloniae et Sueciae Regem, Dominum meum, aliquem clementiae Regiae portum inveniret; in quem recepta non solum se recrearet, sed etiam post tot tantasque iactationes conquiescere, et rursus in anchoris stare inciperet. Et quidem Serenissimum Dominum Vladislauum, Poloniae et Sueciae Principem, meis supplicationibus favere, mihi bene cupere, litterae eiusdem plenae regalis humanitatis, ad me ex Comitibus illis datae, testantur, Plerorumque quoque Regni Poloniae Senatorum, praeclari nominis Virorum, erga me insignem voluntatem benevolentiamque multis ex signis cognitam perspectamque habeo. Terrestres vero Nuntii, quos Sarmatia habet, sic de me laborarunt, ut restitutionem et in Senatu suo decreverint, et a Serenissimo meo Rege efflagitaverint. Non desunt, ut paucis omnia, omnium ordinum magni illius Regni in me studia et voluntates. Sola benignioris, quâ inflatâ mea vele in locum tranquillum subducerentur, aura primaria inter homines causa, sola mihi pro dolor, adversatur. Audivit quidem Serenissimus et Potentissimus Rex D-nus meus, praecelsorum Ducum Megapolitanorum, D-norum Consanguineorum meorum per legatum suum in publico ordinum illius regni consessu pro me factas intercessionem: et audivit clementissimus nec adeo

F. 232 v inclementer ipsis Megapolitanis Principibus respondit. Verum V-rae S-ae R-ae M-tis oratori quam acerbè idem Rex meus postea finitis comitiis responderit: equidem cum ingenti dolore, summaque animi moestitia percepi; nec dubito, quin V.R.S. M-ti hoc per Patricium Gordonium vel iam innotuerit, vel paulo post innotescat. Non incuso novi in me conficti criminis Serenissimum meum Regem; abest hoc a tanto fastigio; illud deploro, esse quorundam, quorum conversatione Domini terrarum utuntur, eam dicendi vim, ut fanda infanda ad Dominos suos referre non erubescant. Ego vero huius mihi tantum conscius sum, et coram Deo sancta conscientia testor: nullum me unquam offendendae Sacrae Maestatis Poloniae et Sueciae propositum habuisse: hocque animo me semper fuisse et esse; omnes norunt, quotquot me per Germaniam Principes viri norunt. Fateor, homini de gradu delecto, optimati exuli, Principi paternae dignitatis et ditionis exsorti, multorum posse in mentem venire, quibus recuperet amissa: cum in illis

aestuariis fluctuum affectus etiam suos habeant fluctus: sed mihi in recipiendo meo Ducatu omnis spes secundum Deum fuit, et est in sola benignitate Serenissimi, clementissimique mei Regis et Domini; nec tandem me haec spes, Deo inimicos meos ad pacem convertente, fallat. A Sacra V-ra Regia M-te supplex peto, ut nec ipsa se voculationibus, a meis invidis excitatis, frangi, sed suum profluum meum filium Ducem Jacobum, et Me, suos clientes, sibi in futurum quoque tempus quam clementissime commendatos esse patiat. Imprimis vero, id quam possum humiliter verbis V-ram S-ram Regiam M-tem oro et obsecro mente tota, ut data occasione Regis mei erga me animum ad misericordiam, quibusvis de me sparsis minime fidem habentem inflectere, ipsiusque Sacrae Regiae M-ti a me, devotissimo Regni Poloniae vasallo, omnia quae a Ligio homine praestari et possunt et debent

F. 233 r servitia luculenter promittere, pro clementissima animi sui inductione haud gravetur. Tango sacra; Sacram V.R.M-tem nec in fallendi cupidum, nec in ingratum, sed constantem et iuramenti Domino suo praestiti, beneficiorumque memorem principem, hoc quoque tantum toties repetiti clementissimi sui favoris beneficium collaturum. Qua de re plura nolo; ne committere videar, ut in isto minimo S.V.R. M-tis otio, in hac omnium rerum, a qua nec S.V.R. M-tem immunem esse ex animo doleo, perturbatione, hoc meum negotium longis scriptionis ambagibus implicem. Deus Opt. Max. S.V.R.M-tem omni benedictione ex alto impleat; eamque tum regnis suis maximis, tum Regiae suae Domui, tum toti orbi Christiano, Regem optimum, patrem optimum, defensorem optimum, Patronum optimum quam diutissime salvam incolumemque et sine offensione florentem servet. Dabam in Megapoli e coenobio Dobranensi 14 Aprilis Anno 1621

Sac. Reg. M-tis V-rae

Addictissimus et observandissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino Domino Jacobo Magnae Britanniae Regi, Fidei Defensori, Domino Consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 14 April 1621. William Duke of Curland to his Ma-ty.

N. 192

Megapoli, 14 Aprilis 1621

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Thomam Read
de eodem negotio*

F. 234 r Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux, S.D. a) Honoratissime vir, sincere nobis dilecte: Quas ad te

Gustrovia anno praeterito literas dederamus: eas ponderis haud parum apud te habuisse cognovimus: studiumque tuum vehementer probamus. Patritius enim Gordonius D. Azariae Sturzio, praecelsissimorum Ducum Megapolitanorum, D-norum Consanguineorum nostrorum, ad Regem Poloniae legato, et Varsaviae in nuperis comitiis, quid a Serenissimo et Potentissimo Magnae Britanniae Rege ^{b)} Domino Consanguineo et affine nostro clementissimo, de nostra causa in mandatis haberet, saepe coram exposuit, sibi quod publice in comitiis, licet id non semel efflagitasset, non audiretur, dolere ostendit: ^{c)} postea Rostokium perscripsit, quid responsi finitis comitiis a Serenissimo item et Potentissimo Rege Poloniae et Sueciae privatim accepisset: de quo etsi non dubitamus Serenissimum Regem V-rum a Gordonio certiolem factum ^{d)}; tamen et nos eiusdem responsi exemplum ad te mittere volumus. Quod quanta flagitia, quanta crimina, quantas iniurias nec Domino Feudi, nec honesto Vasallo ferendas, secum trahat; tu ipse iudicabis quam autem sit ab expectatione, quam de nostra restitutione Serenissimus Rex Poloniae et Sueciae D-nus meus, literis suis ad praecelsissimos Duces Megapolitanos paulo ante comitia polonica proxima datis, concitaret, quamque ab humanissimis Principis Poloniae et Sueciae Serenissimi, tam magnatum aliquot eiusdem regni ad nos ex ipsis comitiis missis literis alienum sit: ex earum exemplis, quae cum his coniunximus, videbis ^{e)}. Nos vero, cum ista omnia perpendimus, facere aliter non possumus, quam ut vehementer et stomachemur, et nostram calamitatem simul deploremus. Est, ut scis, honor divinum bonum, non quilibet, sed is tantum, qui vitae laudabiliter actae, qui praeclaris in Rempublicam meritis, qui honestis studiis et factis tribuitur, expetendus et tuendus cum omnibus, tum vero viris principibus. Nihil praedicandi gratia, quod vani facere solent, hic afferimus. Hoc vere affirmamus: nos et hostibus nostris permittere, ut tum de vita nostra, tum de fidelitate quam inclyto Regno Poloniae, Serenissimoque eiusdem Regni debemus, tum de nostris actionibus iudicent ^{f)}. Obiecta quidem Nobis hactenus fuit mors Nolliorum, sed sine re et ratione cum id factum [vident] nunc desistunt. Alia itaque quasi nova crimina confixerunt partim iam pridem in nos etiam conficta: nos in bello Livonico cum Greco colludentes deseruisse aciem: cum tamen et Duci Bellico Ill-mo Domino Kotchevicio et toti Regno Poloniae constet, Nos eo tempore a nostris subditis per Nollios commotis desertos fuisse. Quam causam etiam non erubuimus aliquando ^{g)}

F. 234 v in comitiis Polonicis ita agere, ut peteremus aut in nos convictos animadverti, aut in Delatores exemplum calumniae ex lege Remnia punitae statui. Unum restat, in quo invidi nostri omnes suae in nos evibrandae malevolentiae catapultas fixas habere se putant: Profectio nempe nostra in Sueciam, suscepta a nobis, postquam detrusi eramus de nostro ducatu. Profectionem negare non possumus: animum, quem illi Nobis effingunt, negamus. Sit ita, demus. Nos postquam nec triennales Divorum Imperatorum Divi Rudolphi, et Divi Matthiae, nec decennales Serenissimi et Potentissimi Magnae Britanniae Regis nostri clementissimi, nec Illustrissimorum inclyti Regni Poloniae Ordinum ad Serenissimum et Potentissimum Regem meum intercessionibus quicquam valuissent: accederetque praeterea nostri Ducatus privato; dolore quodam aut impatientia in Sueciam ivisse: nos peccasse eo ipso, quod ad hostem Regis Poloniae et Sueciae, nostrum autem consanguini-

neum, errore quodam, Nos contuleramus: commississe hoc ipso facto, nescio quod crimen. Verum enimvero, quis in praesentissimis periculis et extremitatibus urgentibus ita semper praesentem animum habuit, ut Argi instar, in omnes circumstantias oculos usquequaque defixos haberet, et ne hilum quidem in iis aberraret? Peccat sapiens, sapiente etiam sapientior. Recollegimus autem nos paulo post, et cum de Regis Nostri voluntate certiores facti essemus, statim ex Suecia in Germaniam ita rediimus, ut cum eius rege pepigerimus, nec quicquam contra Regem meum ibi tentaverimus: reversique in Germaniam, ubi nunc quartum exulamus annum tum Imperatoriae M-ti, tum Electoribus et Principibus Germaniae fere omnibus quo animo in Poloniae regem essemus, praecipuis certe satis abunde, ut nostra fert opinio, testati sumus eo ipso, quod tantorum Principum intercessionibus non solum petiimus, sed ple-rorumque etiam impetravimus. Imprimis vero Serenissimus et Potentissimus vester Rex ^{h)} testabitur, quanta cum devotione erga Regem nostrum, quanta cum observantiae et fidei erga eundem testificatione submitte a S.R.M-te sua petierimus pro nobis intercedi. Quo ex facto nostro solo constare omnibus opinor, Si quid tum peccassemus, quod a nobis factum, non adeo pertinaciter pernegamus: nos poenitentia tam evidente omnem illam culpam, si quae fuisset, eluisse. Nos certe, ut ejus clarius extaret testimonium, per praecelsissimorum Ducum Megapolitanorum quem supra diximus legatum non solum restitui Nos petiimus, sed etiam eorum omnium, quae nobis imputari possent, deprecationem in publicis regni Poloniae Comitibus fieri volumus: id quod orationes D. Sturtzii ¹⁾ Legati evidentissime docent. Nec nostrae restitutionis ubi a Deo et intercessoribus nostris clementissimis discesserimus, aliam causam habemus, nec quaerimus, quam solam Serenissimi et Potentissimi

F. 235 r Regis Poloniae et Sueciae, D-ni mei clementiam. Prolixius haec quam literarum regulae volunt. Sed tu inde perspicies, Vir honoratissime, quam grave nobis accidat, apud Regem nostrum nos ita esse deformatos ac denigratos. Quod quidem eo acerbius nobis est, quo graviores sunt insidiae, quae nobis extra Comitibus Polonica struuntur ab iis, qui cum videant, constrictumque teneri Potentissimum Regem Poloniae promissionibus suis, de nobis restituendis cum aliis Magnatibus, tum Serenissimo Regi vestro factis, nunc tantum crimen quod novum configunt, ut eo ipso quasi Gorgonis quodam obiecto capite, obmutescere faciant omnes Reges et Principes, quotquot sibi nostram reductionem curae esse patiuntur. A te autem praestantissime Rhaede, etiam atque etiam contendimus, ut haec nostra, quae nos ita prolixè non potuimus, ipse ad S-am R-am Magnae Britanniae M-tem cum tempora fandi mellissima fuerint, referas ^{k)} idque agas ut S-a ipsius R.M-tas in hoc negotiorum tumultu, quem ad ipsius quoque M-tem pertigisse ex animo dolemus; pro nobis denuo, et si fieri posset, misso in Poloniam ad futura et imminetia Comitibus Legato suo, ita intercedat, ut et argumentis ¹⁾ his, quibus ad te usi sumus, Regi nostro nos purget, et omne nostrum studium, omniaque servitia, quae a Ligio etiam Vasallo Domino suo praestari possunt et debent, nostro nomine S-ae R-ae Poloniae et Sueciae M-ti sancte a nobis promittat: Collegio autem Ill-morum D-norum nuntiorum Terrestrium (sine quorum consensu abjudicationem Ducatus nobis factam esse ex Ill-mi D-ni Marescalli literis sub G cognosces) haud gravatim gratias agat: eumque ordinem ad

restitutionem nostram perficiendam, utque ea in Constitutiones Regni Poloniae referatur, verbis praegnantibus quam clementissime instiget, eademque illi ope Regi nostro et Regno Poloniae a nobis ex nostris, dum vixerimus, subiectissima et promptissima nostra, etiam cum effusione nostri pro regno Poloniae sanguine, officia et studia, quae unquam a nobis proficisci possunt, polliceatur. Nos S-am Regiam ipsius M-tem indemnem praestabimus: idque promittimus sine fuco et fallaciis more maiorum. Dabimus operam et efficiemus, ne sit obscurum istud quoque tuum beneficium memoria quidem et voluntate, si re ipsa minus poterimus, ingrati animi culpam vitabimus. B.V. Dabamus in Megapoli in Coenobio Dobranensi, 14 Aprilis Anno 1621.

D.V. benevolus amicus

Wilhelmus.

In dorso: Honoratissimo Viro, sincere nobis dilecto, Thomae Rhaedo, Magnae Britanniae Regis Secretario Latino

- | | |
|---|---|
| <p>a) Thome Rhaedo, <i>additur ab alia manu.</i>
 b) Haec est Principis Megapolitani Domini mei olim Clementissimi, <i>add. in marg.</i>
 c) Sir George gave me your Ma-ties letters in English to that effect and I send them to Mr. Gordon by Patrick, <i>add. in marg.</i> Gordonius <i>add. s. l. text.</i>
 d) Sir George Calvert gave my Cosin Will 20 lib. out of Sir Udalls cofers upon my certificat, <i>add. in marg.</i>
 e) Will Horne was payed, <i>add. in marg.</i> <i>Nota quod exemplaria literarum iam superius impressa sub numeris 177-186 sunt probabiliter ad hanc epi-</i></p> | <p><i>stolam adnexa.</i>
 f) Hi fuere, Domini Clementissimi, et ipsi optimi Magnus Nollius et Alex. <i>add. in marg.</i>
 g) Mr. Quarley at London Postmaster of Middelburg. Astonied with this packet about eight a clock 8 May seing the inscription from a Prince, <i>add. ad pedem paginae.</i>
 h) Rex noster e culus divino ore Hamptona has litteras iussus hausit et scripsit, <i>add. in marg.</i>
 i) What I have to do with D. Sturcius letters, a Doctor of the Civill law in Rostock, <i>add. in marg.</i>
 k) Your Ma-tie, <i>add. in marg.</i>
 l) I had never any, <i>add. in marg.</i></p> |
|---|---|

N. 193

Varsaviae, 19 Maii 1621

*Sigismundus III rex Poloniae
ad legatum Anglicum apud Constantinopolim
de auxilio praestando Stanislao Koniecpolski captivo*

F. 236 r Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex.

Magnifice Syncere nobis dilecte. Appellabunt Sync. V. homines certi ab uxore Stanislai Koniecpoly Militiae nostrae Campestris Praefecti subordinati opemque et auxilium Sync. V. implorabunt, ut vel in alleviandis mitigandisque viri illustris nunc captivi calamitatibus, vel certe quod magis optandum esset, aereo pretio deliberando, eorum conatibus suum studium accomodare velit. Id vero Sync. V. sponte sua pro hominis Christiani officio, et pietate facturam nos minime dubitamus, utque in idipsum nostra etiam causa maiori studio incumbat

benigne ab ea requirimus. Illud praeterea Sync. V. sibi persuadeat quidquid nostra subditorumque nostrorum causa praestiterit, id inprimis gratum et acceptum fore Ser-mo Magnae Britanniae Regi Fratri nostro char-mo. Quod reliquum est Sync. V. bene valere cupimus. Datum Varsaviae die XIX Mensis Maii Anno Domini MDCXXI Regnorum nostrorum Poloniae XXXIV Sueciae vero XXVIII Anno.

Sigismundus Rex

In dorso: Illustrissimo Domino Potentissimo Magnae Britanniae Regis Legato apud portam Ottomanicam. Constantinopoli. *Sigillum.*

Alia manu: From the Kyng of Poland, Maii 1621.

N. 194

Varsaviae, 26 Maii 1621

*Vladislaus Sigismundus Princeps
ad Iacobum I regem Angliae
pro liberatione Volmari Farenbach ex captivitate apud Turcas.*

F. 237 r Serenissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Scotiae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori Domino Consanguineo et amico nostro char-mo, et observando, Vladislaus Sigismundus Dei gratia Poloniae et Sueciae Princeps Electus Magnus Dux Moschoviae, Smolenscensis, Severiensis, Cernikoviensis Ducatum Administrator. Salutem et mutuam benevolentiam. Serenissime Princeps Domine consanguinee et amice noster charissime, ac observande. Generosum Volmarum Farenbachium Serenissimi Regis Domini Parentis nostri colendissimi subditum, cum propter natalium quo in Regno Poloniae claret splendorem tum ob ipsius animi fortitudinem, et rei bellicae praestantiam singulari complectimur favore, viroque militari, et rebus ipsius optime semper cupimus. Is anno proxime praeterito contra Christiani nominis hostem, non sine omnium laude in Valachia stipendia merens, fortemque ac strenuam navans operam, adverso praelii eventu in manus hostium devenit, et in durissimam adductus est servitutem. Cum autem non mediocri ex hac praesenti ipsius calamitate afficiamur dolore, neque nos lateat quam propensa erga omnes viros militares voluntate Serenitas V-ra feratur, quaeque sint apud Turcarum Imperatorem suae partes, diligenter a Ser-te V-ra postulamus, velit nostri causa virum Nobilem suasque haerolicas virtutes Regio favore prosequi, ut auctoritate et gratia Ser-tis V-rae ex gravi qua premitur servitute liberari possit, facili enim ratione Ser-tem V-ram id facturam arbitramur, si negotium eliberationis ipsius Nuncio suo Constantinopoli degenti commendaverit. Quidquid Ser-tas V-ra in hac parte praestiterit, nos semper promptissima studia et officia Ser-ti V-rae contestabimur. Farenbachius autem si postliminio redierit, totaque domus ipsius maximo se beneficio obligatum sentiens, perpetuis Ser-ti V-rae servitiis demerebitur. Quod reliquum est cupimus Ser-tem V-ram diu feliciterque florenti rerum successu potiri et ad salutem Reipublicae

suae longaeva vita frui. Datum Varsoviae die 26 Mensis Maii Anno Domini MDCXXI.

Eiusdem Ser-tis V-rae

affinis benevolus

Vladislaus Sigismundus

In dorso: Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae (Scotiae *expunct.*) Franciae et Hybarniae Regi, Fidei defensori, D-no Consanguineo et amico n-ro char-mo et observando.

Alia manu: 26 May 1621. The Prince of Poland to his Ma-tie

N. 195

Megapoli, 6 Junii 1621

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae*

*iterum petit ut sua restitutio ad ducatum Curlandiae commendetur
regi Poloniae, cui fidelitatem promittit*

F. 239 r Serenissimo Potentissimoque Principi et D-no D-no Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei Defensori, etc: D-no Consanguineo et Affini meo clementissimo, firmissima ad Regni stabilitatem praesidia; ad omnem incolumitatis Regiae tum dignitatem tum prosperitatem ornamenta et adiumenta sempiterna comprecatus, cum meorum, quae ab animo addictissimo proficisci possunt, officiorum testificatione.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine Consanguinee et Affinis clementissime. V-rae Sacrae Regiae M-ti mense Martio praeterito et humilime significavi; quo in loco meae afflictae res nunc sint, et mea ad ipsam submissa desideria penitus aperui. Quas meas literas, si V.S.R. M-tas nondum accepit, postmodum, ut spero, accipiet. Nunc cum V.S.R.M-ti Serenissimi et Potentissimi Regis Poloniae et Sueciae illustrem legatum adesse, fama atque auditione perceperim: ausus sum hanc audaciam de iisdem scribere. Conceperam spem certissimam fore, ut mihi de Serenissimo S.R.M-tis Poloniae et Sueciae, Domini mei clementissimi gratiae throno regio clementia et venia relictusque ad meum pristinum statum praeteritis Regni Poloniae Comitibus indulgeretur. Quam eandem spem recipiendi mei Ducatus cum etiamnum secundum Deum in sola benignitate Serenissimi clementissimique mei Regis et Domini fixam habeam; nec eam dimittere possim; A Vestra S.R.M-te supplex peto, ut ad regia sua priora in me beneficia hoc addat, atque non solum serenissimi

F. 239 v et Potentissimi Regis Poloniae et Sueciae illustri legato afflictissimam meam causam restitutionemque ad paternam dignitatem quam benignissime recommendet; sed et ipsam Sacram Regiam Poloniae et Sueciae M-tem denuo meo nomine orare non gravetur: ut mihi ad sacram ipsius Regiae gratiae aram devoluto, mitigata tot magna-

tum precibus severitate, clementissimam opem ferat, meque cum filio meo, qui et ipse ad S.R. ipsius M-tis clementiam confugit, pro divina sua mansuetudine conservet. Ego ut nullum unquam offendendi Regis et Domini mei propositum habui; sic Serenissimo et Potentissimo Regi meo omnia, quae a Ligio etiam homine praestari possunt et debent, servitia tota mente sine fuco et fallacia promitto. Has animo gemente V.S.R.M-ti preces humilime offerens S.V.R.M-tis incolumitatem, omnium Regiarum fortunarum totiusque amplissimi Regni florentissimum statum quam diutissime prosperandum divino Numini commendo. Datae in Megapoli e Coenobio Dobranensi die sexto a) Junii Anno 1621

S.R.M-tis V-rae Addictissimus et observantissimus Affinis et servitor

Wilhelmus

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi et Domino Domino Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei Defensori etc. Domino consanguineo et Affini meo Clementissimo.

Alia manu: 6 June 1621. William Duke of Curland to his Ma-tie

a) primo expunct.

N. 196

Megapoli, 6 Junii 1621

Guilelmus dux Curlandiae

ad Georgium Calvert

commendat petitionem suam Iacobo I transmissam

F. 241 r Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux, S.D. Amplissime et honoratissime, sincere nobis dilecte. Ad summi Boni Naturam quam proxime in his terris accedunt viri benefici et bonorum studiosi, cognovimus autem iam pridem Tuae Dominationis in nos propensum et eximium iuvandi isthic nostras petitiones studium: idque in consequendo a Serenissimo et Potentissimo magnae Britanniae Rege, Domino consanguineo et Affine nostro clementissimo tam eximio regioque beneficio tum experti fuimus. Quare et non potuimus aliter a) facere, quam ut tibi optimo viro gratias ageremus, teque rogaemus, ut istum erga nos animum conservares. Quam spem cum ex animo nostro dimittere nequeamus, sed eam magis magisque foveamus, etiam atque etiam oramus, ut T. Dom. nos nostrosque in impe-

F. 241 v tranda S.R. magnae Britanniae M-tis gratia huiusque in nos vetere symbolo vere regio nanciscendo, benigne adiuves. Istud a T. D. sic petimus, ac si in eo fortunae nostrae essent potitae. Nobis certe nihil erit magis curae, quam ut a T. Dom. quam gratissimi erga T. D. esse cognoscatur. B.V. Datae in Megapoli e Coenobio Dobranensi die sexto Junii Anno 1621.

D.V. observandissimus amicus

Wilhelmus.

In dorso: Amplissimo et Honoratissimo sincere nobis dilecto Georgio Calvert, Equiti aurato, Regi Britanniae a Secretis.

Alia manu: 6 June 1621. Wilhelmus Duke of Curland to his Ma-tie
(sic)

a) *verbum expunct*

N. 197

Gedani, 24 Junii 1621

*Patricius Gordon
ad Iacobum I regem Angliae
de electore Brandenburgensi ad administrationem ducatus Prussiae
admisso, de captivis apud Turcas*

F. 243 r Sir, Since my last advertisement the 27th of May from Elbing a Parliament is proclaimed to be holden at Varsaw, and to beginne the 17th of August. Wherin, as appeareth, no thing wilbe done but onlie for meanes to mantene the warres with the Turkes and Tartares. Nevertheles I most humblie desire to know your Majesties pleasure if I shall stay here untill it be ended.

Although the King of Polland his Commissioners surrendred the governement of Prussia latelie to the Electour of Brandeburg (delaying the solemne investiture, untill a more convenient tyme): nevertheles one Andreas Kreitz, a malcontented gentleman of Prussia hath begun a new molestation of the Electour, as your Majestie will at length perceive by the Copie of the Electours Lettre to the King of Polland here inclosed.

The Prince of Polland hath urged me to send his Lettre to your Majestie craving your Majesties intercession to the Turkish Emperour for relief of a Livonian noble man, Wolmar Farensbeck, detened captive in Constantinople: If your sacred Majestie would be also gratuslie pleased to request the same Emperour that he would desire Mahomet Cielebim, a Tartarian Captane, to restore one William Forbes, a Scottes mans sone, who was taken at the battell in Valachia in September Last (he is servitour to Lord Nicolaus Daniolwitz, great treasurer of Polland) it would be a great comfort not onlie to his distressed mother, but also to a multitud of your Majesties subjectes here, who with me pray daylie for your Majesties good health, Long Lyfe, and prosperous reigne. So I most humblie kisse your Majesties handes.

Your sacred Majesties most humble and loyal servant

Danskin the 24th of
June st. vet. 1621

Patrick Gordone

In dorso: To the King his most Excellent Majestie, My most gratious Soveraine.

Alia manu: 24 June 1621. M. Pa: Gourdon to his Ma-tie from Warsaw.

Regiomonti, 26 Junii 1621

*Georgius Guilelmus elector Brandenburgensis**ad Sigismundum III regem Poloniae**Andream Kreitz, privilegio regis Poloniae munitum ad iura exercenda non admittit**(exemplar)*

F. 245 r Serenissime ac Potentissime Rex Domine Cognate uti parens observandissime.

Si quod unquam iniuriae et violentiae nostri Ordinis Principi illatae exemplum in memoria vel documentis hominum exstat, hoc sane insigne est quod absque ullo, quod credimus, S.R.M-tis V-rae mandato, Legati tamen eius hodierna die nobis intenterunt, dum plane de facto, nullo iuris ordine praevio, causae Andreae Kreitzii executionem, quadam quasi violenta domus nostrae invasione exercere: hominem istum unius Diplomatis R.M-tis V-rae, quod Privilegium vocant, solius eius instantia importuna et mala informatione obtenti, praetextu; nullo praecedente S.R.M-tis V-rae decreto, nec iudicii ulla forma, reiecta protestatione nostra, sprete nostra ad S.R.M-tem V-ram tam privata quam publica provocatione, vi nobis obtrudere, nos de possessione nostra deturbare, in sedem nostri Principatus, quae est supremi nostri Consilii conclave, nobis ibi praesentibus, reipsa inducere imponereque Kreitzium illum conati sunt. Si hoc non est violentia, si haec non est invasio, quid illud sit, quod eo nomine dignum sit, ignoramus. Quippe Magistratus nostri Legati isti non sunt: nam neque a S.R.M-te V-ra ulla iurisdictione contra nos exercenda, sed tantum Legatorum munere instructos sese semper dixerunt; et quamcumque usurpant iurisdictionem, eam obstante protestatione nostra, qua nos ordinario S.R.M-tis V-rae, et Reipublicae iudicio submisimus, illudque reverenter ac submisisse appellavimus, tam late extendere non potuerunt. Si tamen essent Magistratus nostri, nihilominus hoc procedendi ordine, quo iure agere cupientes, de facto opprimunt, legitimum modum longe excessisse manifestissimum est. Quam modesta quam humilis nostra fuerit submitio, qua ad iudicium S.R.M-tis V-rae et Reipublicae provocavimus, testantur et loquuntur tot nostrae ad S.R.M-tem literae, ne dicamus de infinitis coram Legatis S.R.M-tis Vestrae effusis precibus. Post diuturnam et sollicitam tractationem in aliis multum de iure nostro cedentes, tandem cum Legatis S.R.M-tis V-rae satis ad id a R.M.V-ra instructis, transegimus, ut hoc negotium Kreitzianum eo usque suspenderetur in integro, donec vel conveniendi cum R.M.V-ra bonis modis potestas nobis esset, vel causa a S.R.M. V-ra in foro Pactis praescripto decideretur. Acquiescere iam S.R.M-tas V-ra videbatur, cum nova

F. 245 v inquietorum importunitate Diploma illud a S.R.M. V-ra obtineretur, quod quamvis nullam decreti vim habere posset, ne tamen promulgaretur sollicite admodum cum D-nis Legatis S.R.M-tis V-ra egimus, paucissimorum dierum moram, qua ad ultimam Epistolam propria manu nostra scriptam, a S.R.M-te responsum ea in causa accipere possemus, rogavimus. Privatim etiam cum D-no Castellano tractare volumus de modo, quo bona S.R.M-tis V-rae venia ex hoc labyrintho evaderemus. Sed nec dilatio unius quidem bidui, nec facultas confe-

rendi coram cum D-no Castellano impetrari potuit. Cum ipso Kreitzio interim egimus, et de abdicatione ipsius cum S.R.M-tis V-rae scitu facienda, largissimo munere promisso, iam ipsi nobiscum convenerat: quod proprio suo scripto confirmaverat, ut nimirum eius rei gratia ad S.R.M-tem V-ram iter susciperet, interim vero a possessione officii abstineret. Sed contrarium mox ab aliis persuasus, hodie mane suum diploma legatis S.R.M-tis V-rae promulgandum offert coram Ordinibus nostris. Hi Ordines contra protestantur, nos itidem protestamur, ad ius et iudicium nos offerimus, rogamus supersedeant ab executione causae nondum iudicialiter decisaе. Illi mox violentam executionem et immissionem (cuius nullum tamen mandatum a R. M-te V. nobis monstrarunt) in arcem nostram parant. Nos cognito illo mittimus obviam ad Kreitzium, monitum imo petatum, ne de facto hanc vim per suam personam nobis inferri patiatur, arcem nostram non intret, sed surdis narrabatur fabula. Proficiscuntur Dominus Scepansky et Secretarius Gisa (quem quidem solum adventare audiveramus) in domum nostram, Kreitziumque in rheda sedentem ducunt: admittuntur placide et honore debito. Cum prope conclave supremi nostri Consilii, in quo ipsi coram eramus, perventum esset, Dominum Scepansky honorifice admitti, sed Kreitzium retroire per Succamerarium nostrum iussimus: cui ille obsecutus ex arce sine omni laesione deducitur. Dominus Scepanski, nescimus qua de causa, nobis (quod expectabamus ut debito eum honore exciperemus) non compellatis, arrepto altera manu Kreitzio, rhedam cum ipso iterum ascendens domum revertitur, nil aliud actum fuit. Nos hac ratione legitimam iuris nostri tutelam haud excessisse certo nobis persuademus, nihilominus vehementer dolemus quod sic etiam inevitabili quadam necessitate malignarum calumniarum periculum subire coacti fuerimus. Verum innocentiae nostrae, Dei et S.R.M-tis iustitiae firmiter

F. 246 r innixi, hoc saltem a R. M-te V-ra perobservanter petimus, ut de hoc negotio non invidos nostros sed prudentissimos saltem et perspectae aequitatis viros (quin proprium potius benignissimum ingenium et iudicii dexteritatem) consulere dignetur, nobisque gravissimum quidvis, modo quod nostris nel detrahat iuribus, imponat: quod ita feremus, ut gratia S.R.M-tis V. nos dignos quivis agnoscat. Quod reliquum est, diu S.R.M-tem V-ram recte valere et rerum successibus florere ex animo devotissimo precamur. Datum Regiomonti 26 Junii Anno Domini 1621

Georgius Guilhelmus

In dorso: Copie of the Electour of Brandeburgs lettre to the King of Polland the 16 of June st.v. 1621

N. 199

Sverini, 26 Junii 1621

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de restitutione sua in ducatum Curlandiae proximis Poloniae Comitibus
commendanda*

F. 247 r Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino D-no Jacobo Dei gratia magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi fidei defen-

sori etc, D-no Consanguineo et Affini meo clementissimo, a Deo Regni munimenta firmissima, Regiae dignitatis et incolumitatis incrementa felicissima, cum officiorum quae ex addictissimo animo derivari possunt promptitudine animitus precor.

Serenissime et potentissime Rex Domine Consanguinee et affinis clementissime, quantis V-a S-a R-a M-tas me prosecuta sit beneficiis, id ego verbis prosequi si contenderem, laterem lavare re mihi ipsi viderer. Nec enim delectus solum sed et defectus verborum me dehortatur; adeo ut si rem aggrederer, verear ne non modo quae vellem, non satis illustrarem, sed quae non deberem verborum velamine obvelarem. Quo ab utroque cum abesse cupiam quam longissime, ipsum me comprimam, et in interiora pectoris recipiam. Ut enim antiquitus mediis in urbibus templa Gratiis extruxerunt, ita ego medio in corde aedes consecro ubi ad Gratiarum aras beneficiorum a V-a S-a R-a M-te acceptorum, perennem memoriam litabo, sacrificabo. Facto me tantis beneficiis parem futurum nil attinet dicere. Tantum enim abest ut re ipsa tot tantisque meritis par esse possim, ut in integrum restitutionis desiderium me cogat plura adhuc desiderare. Cum enim Comitibus Polonicis iuxta stylum novum, ultimum mensis Augusti diem dictum esse, fama apud nos increbuerit, ibique restitutionis nostrae repetenda sit petitio, operae pretium duximus S-ae V-ae R-ae M-ti opem supplices implorare. Oro itaque quam humillime S-a V-a R-a M-tas legatum qui causam meam

F. 247 v coram intercedendo fideliter agat, ad comitia mittere, ut ne gravetur. Ea enim in re secundum Deum, salutis nostrae tam arctissimam spem nobis pollicemur, ut ad quem aspiramus terminum, ei nobis videamur adesse quam proxime. Et vero tam praeclaro dignitatis culmine quid dignius est, quam labescentibus manus opitulatrices praebere, vel prostratos clementia erigere? quippe cum Regium nomen propter clementiam primitus inventum. Nec quicquam Principem toti terrarum orbi fortius commendat, quam si non solum suis sed et exteris qui supplices ad eum confugiunt, Clementia et beneficentia obviam eat a): hoc ipso enim omnium in se amorem concitat. Quapropter quin S-a V-a R-a M-tas huic meo desiderio ope sua non defutura sit confidentissime spero. Audax nimis in petendo quod sim, id fatear necessum est; at quam vellem ego desistere, modo necessitas ab urgendo. Ignoscat itaque S-a R-a V-a M-tas supplici clementissime, qui nisi augustis adactus ab importunis precibus se cohiberet quam libentissime. Deus ter Opt. Max. S-am V-am R-am M-tem cuius ego me favori animitus commendo, cum tota regia domo ab omni malo diutissime conservet, amplissimaque regna pace sua perpetuo gubernet amplificet. Dabantur Sverini in Megapoli 26 Junii Anno 1621.

Sac. Reg. M-tis V-rae

Addictissimus et obsequentissimus affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus

a) eant Ms.

Londini, 8 Augusti 1621

Georgius Ossoliński

ad Arthurum Aston

de conditionibus legionis peditum qui in servitium regis conducuntur

- F. 249 r Postulatus a Generoso Equite D-no Arturo Aston ut quibus conditionibus Legionem Peditum Sacrae M-ti D-no meo Clementissimo sistere debeat, scire possit, haec sequentia illi nomine Regiae M-tis promitto.
1. Legio haec eadem ipsa merebitur stipendia, quae quaevis alia Externorum, nulla excepta.
 2. Persolventur huic Legioni stipendia eodem genere pecuniae quo caeteris Exteris, id est apud Exteros usitatissimo.
 3. Non exauctorabitur durantibus bellis a servitio Regiae M-tis.
 4. Cum exauctorata fuerit, ea ipsa consequetur praemia, quae quivis alii Exteri.
 5. Si qui Centurionum suo sumptu plures advexerint Milites, quam pro accepta debuissent pecunia, illi ipsi eadem quae caeteri, post delectum habitum, natiscentur stipendia.
 6. Ubi in aliqua Centuria defecerit numerus conductorum Militum, alios in horum loco substituere licebit.

In horum fidem, has praesentes manu propria subscribo.

Londini, 8 Augusti stilo novo Anno D-ni 1621

Georgius Ossolinsky

In dorso: Conditions offered by the Polish Ambassador for the English soldiers.

Hafniae, 6 Septembris 1621

Georgius Ossoliński

ad Iacobum I regem Angliae

de militibus ex Anglia in Poloniam navigantibus a rege Daniae detentis

F. 251 r Serenissime et Potentissime Rex.

Litteris Maiestatis Vestrae fretus veni in Daniam, ut et officio meo satisfacerem et militibus quos Maiestas Vestra ad Serenissimum Regem meum expedire dignata est, liberum transitum impetrarem. Sed tantum abfuit, ut id obtinerem, ut nec litteras quidem Maiestatis Vestrae Serenissimo Daniae Regi tradere potuerim, ita nec alloquio me dignatus est. Nec militibus transitum praebere vult, praeter trecentos qui mecum transierunt, sed dispositis navibus eos in Angliam rejicere cogitat. Equidem mires ipsius Maiestatem tam parvam rationem strictissimae cum Maiestate Vestra necessitudinis habuisse. Quare mei officii duxi Maiestatem Vestram absque mora certiore reddere, cuius

F. 251 v hac ratione sumptus in vanum facti sunt et plena pietatis consilia praepostere impediuntur. Non dubito Maiestatem Vestram prudens et maturum adhibituram remedium, et ab hoc consilio Serenissimum Daniae Regem deducturam. Cuius me interim gratiae Regiae meaque obsequia humillime commendo. Hafniae 6 Septembris stylo novo 1621.

R.M.V. humillimus et observantissimus

Georgius Ossolinski

Comes de Theczy a)

In dorso: 6 September 1621. Geo. Ossolinsky Comes de Theczy to his Ma-tie.

a) *sic in ms. recte:* Tęczyn.

N. 202

Albaula, s.d. 1621

[Georgius Ossoliński] legatus Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae

oratio, qua petitur ut rex, qui est defensor fidei, auxilia det in bello
a Turcis contra christianitatem parato

F. 253 r Serenissime Rex, Sacra Regia Poloniae et Sueciae M-tas Dominus meus Clementissimus integram diuturnamque valetudinem, faelicissimos votorum omnium eventus florens ac tranquillum latissimarum Ditionum imperium Maiestati Vestrae precatus, singularem fraterni animi et rerum M-tis Vestrae studiosissimi propensionem maxima qua potest particularis erga Ma-tem vestram affectus testificatione declarat, ac his obstringit literis, quibus praevis, ut reliqua Legationis meae expediendi, mihi M-tas vestra benignas aures praebere dignetur, humillime postulo.

Tandem erupit Ottomanorum iam diu celatum pectore virus, et deposita simulata multis abhinc annis amicitiae larva publico barbarorum furore validissimum Christiani orbis antemurale petitur POLONIA. Perstrepit bellico apparatu Oriens, onerantur classibus maria, iungitur Europae Asia, et Africanarum si quid est virium in nostram armatur perniciem. In societatem tanti belli veniunt haereditarii nominis nostri hostes Scythae, venit et uterque Dacus, Servii, Bulgari, Bosnenses, Illyrii, Thraces, Epirotae, quidquid ferarum usquam est gentium, vi, praemiis, pollicitationibus spe praedae, cupiditate vindictae cogitur, pellicitur, accenditur. Peractus nuper lamentabilis cruentae tragoediae prologus, hausit immitis primum cruorem Dacia, cum perfidus hostis veterum ac recentium solenni iureiurando firmatorum immemor foederum, innumeris copiis Reg. M-tis mei clementissimi petens ditiones, oppositam sibi parvam quidem sed bellicosissimam nostrorum manum cecidit ingenti Christianae Reipublicae detrimento.

Creverunt etenim ea victoria barbarorum spiritus, et tam faustis insolentes primordiis, universam spe concipiunt Europam: eo provecti

vel arrogantiae vel amentiae, ut nec assentiente quidem Deo, delere se gentem nostram se posse arbitrentur. Tanto non suarum dumtaxat sed christianorum omnium provinciarum commota Sacra R.M. Dominus meus clementissimus discrimine, eo fuit animo, ut et reliquos Principes impendentis metus commonefaceret, et imprimis ad M-tem Vestram nulla interposita mora referret. Sed ea est M.V. singularis vigilantia, tantum communis Christianorum boni studium, ut et illos ad quos ipsa potissimum vel temporum vel locorum ratione pertinent pericula, antevertat. Antevertit M.V. et hunc serenissimi

F. 253 v Regis mei nuncium, idque ultro praestitit, quod postulandum erat, cum eidem hosti se Reg. M-tis Domini mei clementissimi amicum esse, nec ei ullo in discrimine deesse posse denuntiavit. Qua in re agnoscit R.M. vere magnum, vere regium, vere Christianum M.V. animum, agnoscit fraternum erga se affectum, quem gratissimi testificatione animi persequitur, ac profitetur nihil tam grave, nihil tam difficile, nihil tam periculosum fore, quod vicissim M.V. causa aggredi recuset. Moveantur utinam tam praeclaro M-tis Vestrae exemplo reliqui Christiani Principes, velintque potius tam gloriosi laboris esse cooperatores, quam segnes et otiosi alieni periculi spectatores, pessumdati quandoque propria dum vicina negligunt. Id vero usu venire, nostro si Diis placet, credant cautiores exemplo, quos neglecta Graecia, deserta Pannonia, in has coniecit angustias. Et nos quidem eam quam coelum tulerit sortem feremus, renovaturi Saguntinorum fidei, Tyrorum constantiae, et siquid unquam fortiter actum, exempla. Caeterum vicini nostri provideant qua ratione animos firmare possint, ad similes vel (advertant omen superi) graviores casus tolerandos. Neque putent Tyrannum cuius animum humiles Sarmatarum casae ad tam detestandum impulerunt periurium, sanctiora habiturum vicinitatis iura quae cum iis fecerit, quorum urbibus mercatura florentissimis, opibus praestantissimis, aedificiorum cultu splendidissimis iamdudum inhiat. Non deterrebunt haec, sed allicient, non extinguent, sed inflammabunt sacrilegam per nefas propagandi imperii sitim. Quis enim non videt hoc unum Tyrannum intendere, quod in maiorum eius multo tempore agitatum constat fuisse consilio, ut occupata potentissima in omnes Europae partes regione, omnis grani feracissima, omnium ad classem instruendam armandamque necessariorum refertissima, innumeris suis copiis opima aperiat horrea, navium ingentem praeparet copiam, quibus Balthicum occupet sinum, transiturus in Oceanum ut sic binis classibus velut alis ab utroque mari Europam premat et opprimat. Terrestres copias per aperitissimos (qua Poloniam spectat) campos in Germaniam effundat, qua euntem, non montium claustra retinere, nec fluminum rapacitas poterit retardare, Volvebat haec Solimannus animo, agitabant eius posterii, nec ullo alla ab eo consilio deterritos eos fuisse constat ratione, quam quod crederent universos conspiraturos Christianos ad tuendum hoc regnum ex cuius salute totius Europae pendet integritas. Nec deerant illo aevo tam magnanimi principes, qui maluissent opum ac vitae propriae detrimentum facere, quam vicini sibi populi salutem periclitantem deserere. Hac nostra aetate, proh dolor, multi non intellegunt, et negligunt nonnulli

F. 254 r quod dolendum magis accersunt ultro ad communem omnium perniciem perfidum nominis Christiani hostem, indigni Christiano

nomine, barbaris ipsis execrabiliores. Unum te habent (Serenissime Rex) haec nostra tempora, qui pro singulari tua prudentia, animadvertisti et iudicasti, per latus Poloniae universam peti Europam, ac eius periculum ad omnes pertinere Christianos: Solenne Ottomannorum esse, bella ex bellis quaerere, et regna regnis cumulare; qui non contenti Asiae, Africae et maioris Europae partis imperio, quicquid reliquum est praedae destinant, nec sibi per religionem licere aliter posse opinantur. Videt haec M.V. singula unde et hanc gloriam est consequuta, ambientibus caeteris Principibus quid sentirent, sola M.V. quid Christianae Reipublicae expediret, maxime vidisse, et elegisse, auctoremque reliquis extitisse, ut dum licet mutuis auxiliis, viribus, subsidiis, tantae immanissimi hostis obviam eant libidini, cuius opes intestinis ipsorum dissidiis eo creverunt potentiae. Perge porro (Invicte Rex) et hanc dextram non armis magis quam pietate notam, tuam fidem imploranti porrige POLONIAE. Defensor fidei es, commune Numen ne blasphemetur provide: imitere maiores tuos, quibus haud grave fuit e propriis barbaros eruere latebris, et ultimae Syriae finibus Britannici nominis gloriam terminare. Abunde amplissimis M.V. ditionibus suppetunt, quaecumque ad reprimendas potentissimi hostis vires requiruntur, Procerum copia, populi multitudo, omnis generis apparatus vis immensa: ne patiatur M.V. peritissimos rei militari Anglos, bellicosissimos Scotos, Hybernos ferocissimos coniunctissimi M.V. Regis, et amicissimae gentis discrimina spectare otiosos, ac tam late serpens incendium in propria potius opperiri domo, quam in vicina dum licet restringere. In alieno discrimine propria curare pericula, nec praesentia dumtaxat intueri, sed futura prospicere erit celebratae M.V. prudentiae, erit et magnanimitatis, quam uterque admirabitur orbis, quam sera praedicabit posteritas, quam servata venerabitur Polonia.

Serenissimus vero Rex meus, uti nunc particularem M.V. erga se affectum, qua possit maxima animi gratitudine complectitur, ita in posterum eum se declarabit amicum, qui et secundis M.V. rebus ex animo faveat, et adversis si quae impendeant non secus quam proprio commoveatur discrimine.

In dorso: Polish Ambassadors Speech.

Aliud exemplar extat fos. 255-256v, in cuius dorso haec scribuntur:
Copy of the Poland Amb. speech to his Ma-ty at Whitehall 1621.

N. 203

Varsaviae, 11 Septembris 1621

*Senatores Regni Poloniae
senatoribus Regni Sueciae
ad litteras sibi missas respondentes, Suecos de communi cum inimiciis
christianitatis actione accusant
(exemplar)*

F. 259 r Nos Senatores inclyti Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae, Ill-mis, Illustris, Mag-cis ac G-nosis Regni Sueciae Senatoribus.

Ex his, quas ad nos die xxx-a Junii Stocholmia dedistis, literis, quae nobis demum primis diebus Septembris sero admodum redditae sunt; intelleximus vos quidem illud vobis assumere; Quasi ab hoc exitiali bello semper abhorrueritis, et ad sopiendum illud, omne studium vestrum hactenus accomodaveritis. Caeterum nunc cum de pace, vel paciscendis et propagandis induciis, inter mutuos Commissarios nuper conveniri non potuerit; Statuisse vos bello aperto nobiscum decertare. Idque eo tempore, quos nos bello Turcico, non magis nobis quam universae Europae periculoso, distinemur. Animadvertimus vestro vos indulgere ingenio; et qua fide hactenus nobiscum, et imprimis cum Ser-o nostro et vestro Rege egistis; Eadem nunc illa omnia quae a vobis vestrisque Ducibus, contra iuris-iurandi religionem, contra naturalem et legitimi D-ni M-tem, contra iura gentium, facta et profecta sunt, callide in nos retorquere. Satis superque constat Orbi universo, quis parricidialis istius belli author fuerit: quis Regem et Ducem suum, pacate in Regnum venientem armis oppugnaverit: Senatores Suecos, notae in Regem fidei, immaniter trucidaverit? Regias arces, et mox universum Regnum Sueciae occupaverit; Livoniam provinciam Regni Poloniae invaserit; Nos et Serenissimum Regem nostrum et vestrum nefario bello appetierit: tot innoxiorum hominum caedibus, Arcium et Oppidorum excisionibus in eadem Livonia desaevierit: Quantos vicissim, dum impium toties in nos reparat bellum, isthic Suecticos exercitus amiserit. Quantum, illo res turbante, et causam praebente, ambitionique suae obsequente, utrinque sanguinis Christiani fusum sit. Haec non vicinis modo, sed universo Orbi Christiano nota, frustra a vobis in nos retorquentur. Cum econtra manifesto appareat, nos pacis studiosos semper fuisse; Et pactas Religiose servasse inducias; paratos fuisse denique Christianorum Principum arbitrio, nostram et Ser-mi Regis nostri ac vestri causam permittere: Missos eo nomine fuisse Legatos nostros Steti-

F. 259 v num pacis publicae constituendae causa: Nos eo vocantibus Principibus Christianis: Sed cum a vobis nemo comparuerit; Cum vos consilii rebellionis, et a legitimo Principe secessionis, prodire et coram de iure et facto disceptare merito erubueritis; Re infecta inde discessum esse. Illud fortasse vos male habet, quod S-mus Rex noster ac vester, de iure suo decedere nolit: Quod vos manifestae rebellionis et fractae fidei accuset; Quod de hac tam insigni iniuria ad Principes Christianos referat. Haec quidem merito M-tas illius; quis enim aequo animo fert, se iure suo, cui nec nos deesse possumus spoliari: Caeterum illud manifestum est, nos semper abhorruisse a bello cum Christianis gerendo; Cum econtra a vobis nihil hactenus, posteaquam Ducibus iis, qui regnandi libidine incitati, alieni imperii sceptrum usurparunt; A fide et obsequio S-mi nostri ac vestri Regis divelli vos passi estis; Praetermissum sit, quod ad contestandum immane in nos odium, struendamque nobis et nostris ditionibus perniciem, pertineret. Cuius rei testis est haec ipsa, quae in literis vestris continetur, belli denunciatio: Quam enim causam profertis; Cur hoc potissimum tempore, iam aliquoties non infeliciter usurpatae induciarum condiciones displiceant. Cur num a) alias, easque a nostra et Ser-mi Regis nostri ac vestri dignitate longe alienas obtruditis? Nempe constat vobis, nobis rem nunc esse cum Turcarum et Tartarorum Imperatoribus, immanibus Christiani nominis hostibus. Et quemadmodum superioribus annis non vos puduit, cum

communi hoste Moscho in perniciem nostram conspirasse; Ita nunc, pro pudor, satellites vos Machometanae impietatis ostenditis, id quidem iam antea nos non latuit; palam enim in Ottomanica aula nunciis nostris denunciatum est, simul ac Turcae finibus nostris exercitum admovent; Parte alia Regium Patruelem regnum invasurum; vix id credibile videbatur; Sed fecit fidem vester nondum elapso induciarum tempore in Livoniam adventus, simulque haec superba belli denuntiatio, quam eo animo excipimus, qui cordatos viros decet, et quo hactenus excepimus. Aderit Deus testis animi, testis innocentiae nostrae,

F. 260 r ultor impietatis et iustissimae causae propugnator: Aderit sua contra invasores defendentibus dextera, pro patria, pro salute communi, pro Christiana religione; Quam Ottomanica turpis superstitio, in his partibus, vobis eius conatus promoventibus, extinctam cupit, vitam fortunasque devoventibus. Interea pacis et induciarum facta a vobis mentio, quam vera et sincera sit, Quam a Christiano candore aliena; Orbi universo dispiciendum relinquimus. Exercitum nulla nobis denunciata hostilitate nec aliqua laccessiti iniura, in Livoniam induxistis. Rigam primariam eius Urbem Regiae M-ti, et Reipublicae fidelissimam obsidione cinxistis. Provincias nostras ferro et igne vastastis: Fidelissimas alias Regni Civitates ad defectionem minis et promissis sollicitatis. Et interim pacem vos cupere; Et de ea agi velle significatis. Et haec est vera sinceritas? Hoc pacis studium? Sed fides promissis vestris habebitur, si continuo exercitum intra vestras ditiones redeveritis, arma deposueritis, pacatos de pace tractatus cum nostris Commissariis institueritis. Sed fortasse magis nefarium hoc placet bellum, nondum Christiano sanguine satiati estis: ut et non temeraria suspicio est, cum Christiani nominis hostibus in nostram perniciem conspirastis. Agite ut lubet, et Turcico Satellitio nomen vestrum insignite; Nos si non viribus, quas nunc omnes sacro, et toti Reipublicae Christianae necessario bello devovimus; Causae tamen aequitate freti, magno animo vobis resistemus. Datum Varsaviae in Comitii Generalibus Regni, die xi Septemb. Anno 1621

Senatores inclyti Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae
 Laurentius Gembisky, Arch. Gnesn.
 Martinus Szyskowsky episc. Cracoviensis
 Raphael Comes de Lesno, Palatinus Beltzensis
 Nicolaus Wolsky de Pocksky, ^{b)} Regni Poloniae sup. Marschallus
 Leo Sapieha, Cancellarius Magni ducatus Lithuaniae
 Wenceslaus Comes de Lesno, Vicecancellarius Regni, Brecens. Capitaneus
 Lucas de Bnin Opalinsky, Marscallus Curiae

In dorso: Illustrissimis Illustribus Magnificis ac Generosis Regni Sueciae Senatoribus.

Exemplar literarum ad Senatores Regni Sueciae Senatorum Regni Poloniae xi Septembris 1621 in comitiis Generalibus Warsawiae.

Alia manu: xi Septemb. 1621. Cople of a letter from the Ministers of Poland to those of Sweden

a) num, corr. in margine, ex non

b) sic in Ms, recte Podhay

Gedani, 23 Septembris 1621

*Patricius Gordon
ad Georgium Calvert
nuntiat victoriam Polonorum in bello contra Turcos
de Gustavo rege Sueciae Rigam obsidente*

F. 261 r Sir, Though I never know if my lettres of occurences come to your honours handes, yet I omit no occasion to write in memorie of my dutie and grateful mynd.

The present estate of Polland is this. The extraordinarie Parliament at Varsaw continued onlie from the 13th of August st. vet. untill the 5th of September, in respect the Turkish Emperour was entred into Valachia with an huge armie of four hundreth thousand fighting men. No special thing was concluded in it, but that the whole gentrie should with all diligence prepare them selves in propre persone to follow the King to the fieldes against the barbarous infidels Turkes and Tartares.

The General of the Polonians armie Johannes Carolus Chotkievicius not having above eightie thousand men then conveened near by the river Thyras, divided them into tuo several campes. In the one were about fourtie thousand Cosackes. In the other him self with as manie Polonians.

The Prince Vladislaus accompanied with sixtene thousand men, most part strangers was in the meantyme stayed to passe forthward by reason of the extraordinarie inundations of waters. which not onlie hade caryed away all bridges, but also in divers partes had drowned great numbers of people and cattell besydes the damage of corne and hay, wherof great dearth is already ensued. Yet happellie before any conflict he past all dangers and joined with the General.

Upon the 23th day of August, the Turkish Emperour commanded tuo Bassaes with an hundreth thousand men to provid his diner the nixt day in the Gaurs campe (so contemptuoslie he calleth the Christians, Dogges) els if they returned they should loose their heades. These Bassaes assailed the Cosackes thrice in one day, but were allwayes repulsed. Tuo dayes they rested, upon the fourt day the General sent some Musketers and Polonian horsemen to assist the Cosacques.

Whereby they were so encouraged, that falling out of their trenches they put the Turkes to flight, took both the Bassaes prisoners, killed about thirtie thousand men, and got tuentie peeces of Ordonance. They onlie skirmished thereafter untill September.

F. 261 v Upon the second of September the Turkes were defate in open battell, above fiftie thousand of them were slane, about sixtie peeces of Ordonance taken, and their stockes and wheeles cut, becaus they could not be then caryed away. How manie of the Polonians ar killed is uncertane. In the General his Lettre to the King these wordes ar indefinit: With no notable skaith of your Majesties armie.

Nevertheles the Polonians fearing that the multitud of Tartares who have spoiled a great part of Alba Russia, almost from Chiovia to Lublin, shall joine with the Turkish greatest forces, have entrenched

them selves in a strong hold, expecting the Kings approche with the whole nobilitie.

The King began his journey from Varsaw toward the Campe upon the 15th of September, and past that day eight Germane leagues.

Tuo dayes before the Kings removing, the Electour of Brandeburg obteneed feudum Prussiae, the conditions as yet I know not.

Gustavus King of Swedin hath besieged Riga, and hath made five assaults already. Duke Christophorus Radzevil is appointed with the Lithuanian forces, to put him thence ^{a)} if he take it not before his comming.

The Muscovians have also an armie readie, as appeareth, attending the event of the present Polonian expedition.

The Polonian Ambassadour Ossolinski got not audience of the King of Denmark. The few soldiours that arrived here under the conduct of Captan Arthur Aston, attend as yet resolution from the King of Polland. The others were not suffered to passe thorow Orsund in Denmark.

Of all further proceedings here your honour shalbe advertised by my lettre untill my returning to England (if God will) in November, when all warres must cease by reason of the intolerable cold in the fieldes.

So confiding in your honours favour, I duetifullie take my leave.

Your honours most addicted

Patrick Gordone

Danskin the 23th of September, s.v. 1621

In dorso: To the Right honourable Sir Georg Calvert, one of his Majesties principal Secretaries. *Sigillum*

Alia manu: 23 Sept. 1621. Mr. Patrick Gourdon to Mr. Secr. Calvert.

Extat aliud exemplar huius epistolae fos. 263-264.

a) haec verba adduntur in margine.

N. 205

*Gedani, 1 Novembris 1621
(styl. vet)*

Patricius Gordon

ad Iacobum I regem Angliae

de obsidione arcis (Chocimiensis) in qua obiit Chodkiewicz

de pace cum Turcis, de incursione Suecorum in Rigam et Mitaviam

F. 265 r Please your sacred Majestie.

Since the 15th of September these ar the occurrences here:

The Polonian armie far inferiour to the Turkish in numbre contented them selves within strong trenches expecting the Kings approaching with the whole nobilitie. Here they were brought to extreame danger

and allmost to desperation. All the soldiours were wearied with continual skirmishes, and defence of their munition, manie were sicke and manie died ex dysenteria, most part of the strangers Muske'ers were slaine, powder and bullets were nearby spent, necessitie of Vit-tailles daylie increased, and to their great discourage their General Palatin of Vilna, Chodkievicius deceased in the Campe. In this perplexitie there was none hope of relief, for the King could not come foreward as he intended, by reason of the multitud of Tartares burning and spoiling the countrie and touns thorow which he should passe. But before he had mad passage perforce, the Turkish Emperour (of what occasion I know not yet) upon the secound of October offred peace to Prince Vladislaus upon tolerable conditions. Wherof to treate Commissioners were presentlie sent to the Turkish campe, and after six dayes altercation, upon the ninth of October peace was concluded and proclaimed. And so Turkes, Tartares, and Polonians retired homewards. The King was then come to Leopold on his journe with a strong armie, where being informed of this unexpected peace he subsisted few dayes, and is now returning to Varsaw.

While the Polonians ar thus troubled on the one syd, on the other the toun of Riga is surprised by the King of Swedin, before Duke Christofer Radzevil could convene the forces of Lituania. And not content herewith, he hath also taken the toun and castle of Mitaw, where Duke Friderich of Curland has his cheef residence. Of his further intent, and of the conditions of peace betuene the Polonians, Turkes, and Tartares (wherof I daylie expect certane information) as also of the Electour of Brandenburg his investiture in Prussia, I shall make larger and sure relation at my comming to Engliand, if God will, about Chritmes. So praying for your Majesties good health, Long life and prosperous reigne, I most humblie kisse your Majesties handes.

Your sacred Majesties most humble servant

Danskin the first of
November s.v. 1621

Patrick Gordon

In dorso: To the King his most Excellent Majestie My most gracious Sovereaine.

Alia manu: Mr. Pat. Gourdon to his M-tie. Divers advertissments from Franckfort 1622. *Sigillum*

N. 206

Gedani, 1 Novembris 1621

*Patricius Gordon
ad Georgium Calvert
de eisdem rebus*

F. 267 r Sir, I hope your honour hath received my last lettre sent by Mr. Thomas Ofley Deputie of the English Company resident at Elbing, since whose departure hence thes ar the cheef occurrences here. (*Deinde ut in epistola superiori*)

*Cives Gedanenses**ad Iacobum I regem Angliae**de restituenda navi gedanensi, prope Ulyssiponam ab Anglis capta*

F. 269 r Serenissime Potentissimeque Rex ac Domine, D-ne Clementissime.

Quod majori piratarum frequentia quam antehac fieri consuevit, Mediterraneum et vicina maria hoc tempore infestentur, multi eorum qui illa navigatione utuntur, maximo suo cum damno, et nostri quoque cives non ita pridem sunt experti. Nam cum ipsorum aliqui navim, quam jure societatis junctim tenebant, mercatoribus quibusdam Hamburgensibus, qui ipsam siligine et tritico aliisque mercibus Ulyssipponam devehendis onerarunt, locassent, solvit ea ex hoc portu mense Augusto proxime praeterito, et prospera navigatione in Oceanum usque pervenit. Ibi vero (ut ex nuncio ea de re sibi allato cives nostri nobis retulerunt) piratae eam adorti, non quidem mercibus, sed rebus ad victum necessariis, velis insuper ac rudentibus, tum et nauclero, et nautis omnibus spollarunt: ac postquam istorum loco alios quosdam paucos aetate partim, partim infirmitate debilitatos ex sua navi, quod ei jam oneri potius quam usui essent, in Gedanensem transtulissent, omni regimine destitutam fluctibus et arbitrio maris commiserunt. Quae aliquot dierum spatio cum in modum jactata, Divina providentia ita volente, in conspectum venit octodecim navium Ulyssipona redeuntium, quae pleraeque Hamburgenses una iter ingressae prout moris est Navarchi sive Admiralli munus Patrono navis cujusdam Anglicae, Viceadmiralli vero Magistro navis Scotiae obtulerunt. Hi duo primi omnium scaphis suis spoliata attingentes re, prout erat gesta, ex infirmis illis navi impositis intellecta, eam velis et nautis denuo instruxerunt atque in Angliam abduxere. Proprietarii istius navis hoc ejusdem

F. 269 v infortunio, postquam de eo certiores facti, non mediocriter sunt commoti, de mitiore tamen adversitatis eventu, quod nimirum navis haec in R-ae M-tis V-rae subditorum manus demum inciderit, merito sibi gratulantur. Confidunt enim R-ae M-tis V-rae subditos non aliter quam Christianos decet in negotio hoc secum processuros esse, ac ipsosmet indignissimum judicaturos, si quis damnum perveritate praedonum ipsis illatum majori detrimento cumulare atque ex infortunio et summo ipsorum incommodo suum commodum et lucrum comparare vellet, cum nec alio, nec derelicti praetextu, rectoribus navis vi inde abreptis, res excusari ullo modo possit. Imprimis vero R-am M-tem V-ram aequitatis non minus quam Fidei defensorem id nequaquam permissuram habent pro explorato.

Nostram tamen intercessionem quoque, ne ulla re sibi deesse viderentur, efflagitandam duxerunt, quam apud R-am M-tem V-ram eo promptius interponimus, quia primarii cives sunt, ad quos hoc negotium spectat, atque inter illos nonnulli in Magistratus ordine constituti. Quamobrem R-am V-ram M-tem submisce rogamus, M-tas V-ra R-a clementissime injungere dignetur, ut navis haec civibus nostris utpote veris Dominis, aequo iis qui servarunt praemio persoluto, restituatur, sicque cives nostri hoc suae jacturae levamen, quod certissima spe a Clementia R-ae V-ae M-tis sibi pollicentur, reipsa consequantur. Au-

gebit et hoc immortalem Benignitatis Aequitatisque Gloriam, qua R-a V-a M-tas apud omnes tantopere inclaruit, et praedictos cives nostros ad vota precesque pro longeva incolumitate R-ae M-tis V-rae, et optatissimo statu Regni Ipsius indesinenter fundendas arctissime obstringet. Nos quoque, quod intercessioni nostrae locus relictus pro singulari Gratiae Regiae indicio id agnoscemus, et ut vicissim humilima obsequorum nostrorum promptitudo appareat, summo studio dabimus operam: qui, quod superest, R-ae M-ti V-rae diuturnum atque

F. 270 r felicissimum regimen, necnon summa Regiae Fortunae incrementa ex intimis animis submitte comprecamur. Datae Gedani tertia mensis Decembris Anno D-ni M DC XXI.

R-ae M-tis V-rae obsequentissimi

Praeconsules et Consules civitatis Gedanensis

In dorso: Serenissimo, Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei Defensori etc etc D-no n-ro clementissimo.

Alia manu: 3 Dec. 1621. The Citty of Gedan to his Ma-tie

N. 208

Sverini, 27 Novembris 1621

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut coram Comitibus Poloniae pro se intercedat*

F. 271 r Serenissimo Potentissimoque Principi et Domino, Domino Jacobo Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori etc consanguineo et affini meo clementissimo prosperrimos rerum omnium successus, vitae incolumitatem regni stabilitatem et ornamenta cum officiorum ex addictissimo animo quae proficisci possunt promptitudine precor.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine consanguinee et affinis clementissime, quantas R. M-ti debeam gratias ignorare non possum, nisi et simul ignorare velim quanta ab ea acceperim beneficia quantumque mihi ad Serenissimum Potentissimumque Poloniae et Sueciae Regem Dominum meum clementissimum toties repetitae intercessionis profuerint. Et licet addubitem an ulterius quid flagitem (Fateor enim ne rogandi fines excesserim) Tamen cum R.V.M-tis summa humanitas et clementia toti terrarum orbi sit notissima, et restitutionis nostrae cardo in hisce instantibus regni Poloniae comitibus versari videatur, non potui quin ad R.V.M-tem precibus meis iterum convolare, praesertim cum certissime sciam R.V.M-tem apud Serenissimum et Potentissimum Poloniae et Sueciae Regem D-num meum clementissimum tantum auctoritatis habere, ut ipsi facillimum erit mihi gratiam regiam impetrare. Rogo itaque R.V.M-tem et precibus quam possum maximis contendo, ut salutari suo auxilio rebus meis afflictissimis adesse et ad comitia Polonica quae mense Februario habenda legatum qui restitutionem

F. 271 v R.V.M. nomine a) urgere queat pro clementissimo erga me affectu mittere velit. Fecerit eo ipso R.V.M. rem aeterna laude dignissimam et me sibi adeo devinciet, ut et me et totam posteritatem meam solius R.M-tis beneficio conservatam et restitutam putem, cui me totum defero eamque diu quam rectissime valere cupio. Dabantur Sverini in Megapoli 27 Novemb. A-o 1621.

Sac. Reg. M-tis V-rae addictissimus et obsequentissimus affinis et servitor
Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi et D-no Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori, etc Domino consanguineo et affini meo clementissimo.

Alia manu: 27 Novemb. 1621. William Duke of Curland to his Ma-tie

a) nomine; *Ms. addit* qui.

N. 209

Varsaviae, 7 Decembris 1621

Sigismundus III rex Poloniae

ad Iacobum I regem Angliae

reddit gratias pro auxilio contra Turcos, exercitum contra ducem Gustavum missum esse nuntiat

F. 273 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri et consanguineo nostro char-mo Salutem et mutui amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps Domine frater et consanguinee noster char-me. Tanta est Ser-tis V-rae optimae voluntatis erga nos inclinatio tam propensum benevolentissimi animi studium, ut in eo bello, quo pro gloria atque incolumitate non tantum Regni nostri, verum etiam orbis Christiani universi, contra Turcarum Imperatorem feliciter defuncti sumus, eximio nos Christianae pietatis atque liberalitatis affectu prosecuta fuerit. Cuius quidem rei non modo ex luculento Oratoris nostri, quem singulari favore, atque humanitate complexa est, testimonio, verum etiam ex ea munificentia, qua nos, pro communi libertatis, atque Religionis caussa, contra inmanissimum Christiani nominis hostem belligerantes, adiutos liberaliter esse voluit, illustre, ac praeclarum sumimus argumentum. Quo tam singulari, et ad posteritatis memoriam glorioso erga nos officio, cum de nobis, tum de universa re Christiana ita merita est, ut tantum nos ipsi eo nomine, quantum vix ulli Principum Christianorum debere grata, ac perpetua eius officii, atque humanitatis memoria ac praedicatione fateamur. Plerique enim Principes Christiani, si tamen id nomen merentur, occultis machinationibus eius belli tempestatem, aut odio Religionis, aut novarum rerum cupiditate, aut factionum suarum aliena calamitate firmandarum occasione ducti in nos concitarunt, barbaroque hosti sua impietate velificati sunt. Verum nos et caussae aequitate, et piorum atque Christianorum Regum votis Divinique Numinis praesentissimo auxilio freti, et hostis qui spe victoriam devoraverat, impetum representamus, et malevolorum improbitatem, qui ex Regni nostri calamitate

rebus suis nefaria praevaricatione prospicere studebant, gloria, atque trophaeis eo bello partis, confudimus. Caeterum ne Ser-tem V-ram, quae tam propense et liberaliter huic sacro bello favit, pacis condiciones lateant,

F. 273 v mittimus eas Ser-ti V-rae, ut intelligat, omnia pacis, bellique decora communia nobis cum Ser-te ipsius videri. Porro illud hoc loco minime praeterire possumus, eo impietatis perfidiam Gustavi perduellis nostri provectam esse, ut nobis in hanc sacram expeditionem profectis, Livoniam Provinciam nostram, rei bene gerendae occasionem nactus, invaderet, Rigamque civitatem primariam cum arce Mitaviensi aliisque castellis occuparet. Atque eo modo is, qui et Ser-tem V-ram, et ceteros Principes Christianos de concordia nobiscum tractanda, atque etiam fortassis de suppetiis contra nos ferendis, gravibus flagitationibus fatigare consuesset, paternam, atque haereditariam perfidiam novo scelere ita cumulavit, ut merito teterrimam barbariae fraudis atque improbitatis notam, ad perpetuam apud omnes Principes Christianos labem, ac infamiam, inustam gerere debeat. Itaque exauthorata parte exercitus nostri, reliquas copias ad vindicandam armis tantam nobis, universoque nomini Christiano illatam iniuriam expeditivimus, Deoque auspicante efficiemus, ut non diu scelus in victoria impie, ac nefarie parta exultet. Quod reliquum est, Deum Opt. Max. praecamur, ut Ser-tem V-ram tantis virtutibus Principem salvam, incolumem, omni-que prosperitate, atque gloria florentem quam diutissime servet. Datum Varsaviae die VII-a Mensis Decembris Anno Domini MDCXXI Regnorum nostrorum Poloniae XXXIV Sueciae XXVIII.

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo Principi, D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori, fratri et consanguineo nostro charissimo. Sigillum arreptum.

N. 210

Varsaviae, 15 Decembris 1621

Sigismundus III rex Poloniae

a Iacobo I regi Angliae

petit restitutionem navis a mercatoribus Gedanensibus ablatae

F. 275 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc Nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex Serenissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi consanguineo et fratri nostro charissimo salutem et fraterni amoris continuum incrementum. Serenissime Princeps Consanguineus et frater noster charissime. Relatum est nobis nomine certorum Civium et Mercatorum Gedanensium nostrorum navem ipsorum propriam certis mercatoribus Hamburgensibus ad vecturam elocatam postquam in Oceanum pervenisset primum in Pyratarum manus incidisse postea

autem ab his non tantum nautis sed et velis ac rudentibus spoliata
novisque parum idoneis naucleris commissam cum in medio Oceano
fluctuans erraret per certos quosdam V-rae Ser-tis Subditos Vlyssipona
redeunt in Angliam abductam et auctam esse. De cuius quidem navis
restitutione licet ydem Mercatores subditi nostri optima quaeque sibi
polliceantur tamen fidei et securitatis maioris gratia, quo citius resti-
tutionem ipsius a Ser-tis V-rae hominibus impetrarent humiliter a
nobis petierunt ut apud Ser-tem V-ram promotoriales hasce literas
interponeremus. Amanter itaque a Ser-tem V-ra postulamus velit prae-
dictis Subditis nostris Civibus ac mercatoribus Gedanensibus hac in
parte non deesse et detentioribus praefatae Navis serlo iniungere qua-
tenus eam eisdem subditis nostris uti veris et legitimis dominis integram
et illaesam prima occasione restituant. Cedet id non tantum Ser-ti
V-rae in eximiam iustitiae laudem sed et Subditis nostris non in
postremum iacturae suae quae alioquin illis esset subeunda levamen.
Nosque ipsi vicissim Ser-ti V-rae per omnem occasionem mutuae ami-
citiae promptissima studia nostra contestabimur. Quam diuturna
incolumitate omnique felicitate frui quam diutissime exoptamus. Datum
Varsaviae die XV Men[s]is Decembris Anno Domini MDCXXI Regno-
rum nostrorum Poloniae XXXIV Sueciae vero XXVIII Anno

Eiusdem Serenitatis Vestrae,

bonus frater:

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi Domino Jacobo, Dei gratia Magnae Bri-
tanniae, Franciae et Hyberniae Regi, fidei defensori, consanguineo et
fratri nostro charissimo.

Alia manu: 15 December 1621. The King of Poland to his Ma-tie

N. 211

Varsaviae, 4 Januarii 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
mittit Alexandrum Myr*

F. 277 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Li-
thuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc nec
non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex, Serenis-
simo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae
et Hyberniae Regi fratri Consanguineo et amico charissimo salutem
felicitatem et mutuae benevolentiae significationem. Serenissime Prin-
ceps frater consanguineus et amice charissime. Dedimus in mandatis
fideliter nobis dilecto Nobili Alexandro Myr supremo classis nostrae
navalis Capiteano, ut Serenitati V-rae sese praesentet, atque post
declaratam studiorum nostrorum promptitudinem, de rebus quibusdam
incolumitatem Regni nostri concernentibus cum eadem nostro nomine
agat. Hoc itaque a Serenitate V-ra amanter postulamus, ut et verbis
illius plenam fidem habere, et intentionis nostrae aequitatem comperta

benevolentiae propensione probare velit. Cui vicissim diuturnam sospitatem, et felices desideriorum suorum successus ex animo precamur. Datum Varsaviae die IV Mensis Januarii Anno Domini MDCXXII. Regnorum nostrorum Poloniae XXXIII Sueciae vero XXVIII anno

Eiusdem Serenitatis Vestrae

Bonus frater

Sigismundus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, fratri consanguineo et Amico nostro charissimo.

Alia manu: 4 January 1621. The King of Poland to his Ma-tie. *Sigillum arreptum*

N. 212

Varsaviae, 10 Januarii 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
de rebus ducis Sudermanniae et electoris Brandenburgiae*

F. 279 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc. Nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri et consanguineo nostro char-mo, Salutem et fraterni amoris, atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Ser-me Princeps frater, et consanguinee noster char-me. Revertitur in Britanniam Nobilis Arturus Astonus, qui Ser-te V-ra annuente, cum delecta militum manu in Regnum nostrum sacrae militiae nomen daturus, operamque nobis bello Turcico navaturus nuper advenerat. Amplexi sumus virum militarem, de nobisque, ac re Christiana ea occasione optime mereri cupientem, quod certe re ipsa cum gloria inclytae gentis Anglicae praestitisset, ni adventum ipsius a Rege Daniae, in gratiam, uti opinamur Sudermaniae Ducis perduellis nostri retardatum, pax et foedus cum hoste ictum antevertisset. Verum nos eo animo iam egregiam ipsius accipimus voluntatem, ut satis ipsum de nobis meritum esse aestimemus, cum tot terrarum spacia cum gravi vitae, ac fortunarum suarum dispendio emensus esset. Quamobrem commendamus ipsum Ser-ti V-rae, dignumque censemus iis virtutis praemiis, quae ex Regio Ser-tis V-rae iudicio, atque liberalitate viris fortibus isthic patere consuevissent. Porro fraudem, ac perfidiam Gustavi Sudermaniae Ducis, qua nobiscum expeditione Turcica occupatis nefaria usus est, existimamus Ser-ti V-rae abunde innotuisse. Quam Ser-tas V-ra eo gravius detestabitur, quod, uti ab Oratore nostro a Ser-te V-ra nuper reverso accepimus, fide Ser-ti V-rae data sponderat, se minime commissurum fuisse, ut nos in bellum Turcicum incumbentes armis laceraret. Qua in re cum non solum fidem Ser-ti V-rae datam, verum etiam Sacrosanctum Christianitatis jus imple violasset, merita indignatione hominem perfidum Ser-tas V-ra, cum suae Regiae autoritatis.

tum aequitatis Christianae ab eo laesae caussa prosequetur; neque permittet, ut ex Regnis Angliae, aut Scotiae milite aut ullo bellico apparatu contra nos armetur. Quod eo confidentius a Ser-te V-ra postulamus, quo luculentiora anteactis temporibus suae propensissimae affectionis nobis dedit specimina, cui sicut antehac pari semper studio respondere

F. 279 v adnitebamur, ita nuper id in collatione feudi Prussici Ill-mo Electori Brandenburgico luculenter testati sumus. Nam licet is ob certos defectus sibi ipse deesse, negotiumque protrahere videbatur, tamen autoritas, atque fraterna Ser-tis V-rae postulatio tanti apud nos fuit, ut indulgentis animi studium atque benevolentia, qua ipsum ea in parte prosequuti sumus, plurimum in commendatione Ser-tis V-rae inniteretur. Quem optimae voluntatis affectum quavis alia occasione Ser-ti V-rae exhibere cordi habemus, operam daturi, ut ea studia, atque officia, quae ab ipsa in nos proficiscuntur cum fœnore meritorum erga Ser-tem V-ram nostrorum ad ipsam redeant. Valeat Ser-tas V-ra omnique felicitate, atque gloria quam diutissime floreat. Datum Varsoviae die X Mensis Januarii Anno Domini MDCXXII Regnorum nostrorum Poloniae XXXV Sueciae XXVIII Anno

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri et consanguineo n-ro char-mo.

N. 213

[Londoni]

1621-2

Patricius Gordon

ad ignotum

de expensis suis in itinere

<i>F. 281 r</i>	1621.	Mr. Gourdon	£	s.	d.
Imprimis from Varsaw to Dantzick being 200 myles					
Coach hyre			04	00	00
Item Charges and expenses on ye way			03	00	00
Item from Dantzick to Stetin being 260 myles					
Coach hyre			04	00	00
Item expences on the way			02	10	00
Item from Stetin to Helsingore being 240 myles					
Coach hyre			06	00	00
Item charges and expenses			04	00	00
Item in Helsingore waiting 3 weeks for occasion of shipping, my charges there			04	00	00
Item from Helsingore being driven into Norway with contrary winds where we lay 14 days, for my passage and charges			06	00	00
		Summe is	33	10	00

My travaille expenses and charges since I came I remit to your honors consideracion.

In dorso: Mr. Gourdon's bill coming from Poland 1621

N. 214

s.l., s.d. 1622

Ignotus

ad ignotum

de negata Sigismundo III a nobilibus Poloniae assistentia contra Suecos

F. 283 r By lettres yesterday receaved from lille in Flaunders, It is advertised for currant newes there, That the Kynge of Poland hath called a dyet, wherein hee demanded of the nobilitie, and that state ayde and assistance to withstand the Kynge of Sweden, Whereunto annswer was made, that he had so advanced himself in the quarrell for the Emperor and those of the house of Austria, that thereby hee had drawn the greatest parte of the Kyngs and Princes of Christendome to become their ennemies, which were before their frynds: And therefore made him flat denyall.

Likewyse the rumer is there, howe that those of Selesia, were revolted from their obedience to the Emperor.

In dorso: News from Poland.

N. 215

s.l., s.d.

Ignotus

pro memoria

de privilegiis, de restitutione etc.

(fragmentum)

F. 284 r rei subiect[e] qualitas praebet verbis intellectum. ca-1 l. si patronus §1. ff. de legatis 3°. I. semper inest palatio, ibi ff. de reg. Iuris.

Si rex anglie loquatur de Iure censetur de Iure anglie loqui.

Privilegium generaliter indultum non includit casum contra rem-publicam: .I. jubemus nullos, et ibi ca-1 C de pace et aliis.

Privilegia debent intelligi absque gravi preiudicio principis: .I. quoties, c. de principum a) officiis et ibi.

Privilegium debet ita interpretari ne contineat iniquitates: .I. ex facto. fo. 128. f. de vulg. pupill. subp.

Spoliatus a Judic[e] non petit restitutionem prout spoliatus a privato, quia presumitur pro Iudic[e]: glo. in C. 2 puta b) bis, q. 1, fel. et c. l. um de eff. Spoliatus propter crimen non restituitur ubi est presumptio c) ut quia est dilapidata

Spoliatus non restituitur, ante omnia quando oriretur scandalum. c. cum prius ii, q. prim. et ibi glo.

Spoliatus petet restitutionem. obest notorius defectus tituli. c. si constiterit de accusat. et ibi abbas soli.

Spoliatus non restituitur si spoliatus v... continet proband.
de titulo.

In dorso: Lanza.

a) b) c) *Lectiones incertae. Documentum male scriptum et abbreviatum tantum sensum praebere legisperitis*

Hic explicat tertium volumen documentorum Polonicorum descriptum in Archivis S.P.88/3. Incipit volumen quartum eiusdem seriei 88/4 cum documento N. 216

N. 216

Varsaviae, 12 Januarii 1622

*Vladislaus Sigismundus Princeps Poloniae
ad Iacobum regem Angliae*

*reddat gratias pro liberatione Volmari Farensbachii a captivitate apud
Turcas*

F. 1 r Serenissimo Principi Domino Iacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi fidei defensori Consanguineo nostro char-mo et observand-mo. Vladislaus Sigismundus Poloniae et Sueciae Princeps, Electus Magnus Dux Moschoviae, ac Smolenscensis, Severiensis, Czernihoviensis, etc Ducatum Administrator Salutem et ineuntis Anni uti faustum auspiciam, ita foelicissimum decursum. Ser-me Princeps Consanguineus noster Char-me et observan-me. Ex optimo Ser-tis V-rae affectu et singulari qua nos prosequitur benevolentia id profectum esse agnoscimus, quod nostrae pro Generoso Volmaro Farensbachio in Valachia anno praeterito in servitutem abducto intercessionem locum apud se dederit, et Nuncio Constantinopolim ablegato negotium liberationis eiusdem Farensbachii commiserit. Magnas eo nomine Ser-ti V-rae agimus gratias, diligenter praestaturi ut et nostrum vicissim officium nunquam sibi suisque rebus defuturum intelligat, et Nos quoque ea quae Ser-ti V-rae fore aliquando sciverimus accommodata, omnia studiose persequuturos experiat. Farensbachium autem Ottomanica exemptum servitute pro tantis beneficiis Ser-ti Suae Regiae domui mancipatum habebit. De caetero paratissimis nostris officiis Ser-ti V-rae delatis ipsius nos benevolentiae commendamus, et a Rege Regum Salutem prosperam foelicem successum et florentissimum Regni sui statum precamur.

Date Varsaviae die XII Mensis Januarii Anno Domini M.D.C.XXII

Eiusdem Ser-ti V-rae

consanguineus amantissimus et observant.

Vladislaus Sigismundus

In dorso: 12 Jan. 1622. The Prince of Poland to his Ma-tie

Varsaviae, 24 Januarii 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Consules ignotae civitatis
ne adiuvant Gustavum [Adolphum, principem Sudermanniae]
(exemplar)*

F. 4 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, Nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex.

Spectabiles grate nobis dilecti. Postquam superis faventibus bellum Turcicum felici ac glorioso pacis exitu finivimus, in eam curam sedulo nobis incumbendum esse ducimus, ut non solum Livoniam nuper a perduelli nostro Gustavo nefarie et fraudulenter magna ex parte occupatam, Verum etiam Regnum Sueciae ex iniqua ipsius possessione armis vendicemus. Qua de re ad Grac. V-ras perscribendum duximus amice ipsas hortantes, ut pro vetustae cum Regno nostro amicitiae atque vicinitatis Jure tales se nobis eo bello praestent quales cum arctissimae cum Incolis Regni nostri commerciorum societatis, tum suae existimationis, constantiae atque integritatis causa esse convenit. Cum enim probe intelligamus Gustavum propriis viribus diffidentem aliorum Principum atque Civitatum opem atque auxilium imploraturum ne ullus sibi ejus rei apud Grac. V-ras locus relinquatur commonendas hisce literis putavimus, persuasum habentes Grac. V-ras nulla ipsi subsidia apparatusque bellici necessaria non modo suppeditaturas esse, sed etiam omni studio, atque contentione prohibeant, ne illa ex ditionibus ipsarum hosti subministrentur. Quod si secus accideret, sicut ea res vehementer Nos, Regnumque nostrum laederet, ita existimationi rationibus, atque commodis ipsarum plurimum officeret. Cum enim terra marique hostem persequi statuerimus, possent aliquo Grac. V-ras detrimento atque calamitate a Classe nostra affici, si quod minime suspicamur hosti nostro favendum sibi aliqua ratione ducerent. Quas de cetero bene valere cupimus, ipsisque benevolentiam nostram deferimus. Datum Varsoviae die XXIV Mensis Januarii MDCXXII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXV Sueciae XXVIII.

Sigismundus Rex

In dorso: Spectabilibus proconsuli et Cons. totique Magistratui Civitatis N.N.N. grate nobis dilectis.

Exemplum literarum Regis Poloniae ad Civitates Hanseaticas d. XXIV M. Januarii M DC XXII Varsavia.

Hamburgi, 21 Februarii 1622
(vet. st.)

*Arthurus Aston
ad Georgium Calvert
de suis itineribus in Europa Occidentali*

F. 6 r Most honorable Lord, althowgh I knowe your honour hath better intelligence then I canne give yow, yett the respect I owe your

honour bindes me to acquaint you with what I have scene in my troublesome journey soe farre as I have past. In Brabant I found the soldiours wonderfully ill paid and much discontented and after I was tenne mile past Bruxells I was forct to goe by water to Mastricht for the passage by land was dangerous for murtherers and theeves but after having gonne to Mastricht I was forced to hire a great Convoy to Cullin which was very chargeable in which journey I found most of the Countrey spoiled with soldiours being the land of Guilick, but further I could not passe without greater convoy then I was able to beare, for Tilly and Gonsalus their regiment lie in those partes with many other soldiours who are taken up by the Princes therabouts and have noe pay but spoile the Boores and countrey and robbe to the walls of Cullen, for likewise I understand that Cleve, Bargaen and Mark are like wise spoiled by soldiours; from [there] I returned downe the Rheine to Amsterdam for there was noe passage by land; Goeing to Amsterdam I found that there was an Edict given out that the Kinges Jacobus Gould nor the xx.s. pieces should be received, but what came should be brought unto the minte, and the merchaunts under-hand received them and gave profit for them in Friseland none were refused but openly taken where there are many disbursed by reason of their trade of butter, cheese and linnen cloth, in which partes I stayed three weekes for shiping for there was noe goeing by land neither by reason of Mansfield his soldiours that lay in Emdenland, and Brunswickes soldiours that lay hard by them, who spoiled the countrey and robbed all that went that way, and now they take more men up and make their companyes 200 which before were but 100, and as I hear have money from the king of Denmarke and the States of Holland and now Mansfield demaunded six tunne of Gould from the countrey for removing thence after having spoild it quite alreedy. From Friseland I came by sea to Hamburg where I understand

F. 6 v the King of Denmarke lies farre of in his owne landes and takes up very many men. The Turcke is join'd with Bethlehem Gabor who is falen out with the Emperour by reason that the Emperour caused his Embassadour to be murdered whom he sent to the Duke of Brandenburge. The Dukes of Saxony and Brandenburge are both fallen out with the Emperour and are raising great forces. The bearer herof will acquaint your honour with more particulers, soe humbly desiring the Continuance of your lordships favour with the remembrance of my humble service to your lordship, I rest

Your lordships servaunt

Arthure Aston

Hamburge this

21-th of February 1622, stylo antiquo.

In dorso: To the right Ho. Sir George Caulvert the Chieffe Secretary to the Kinges Most excellent Ma-tie of Great Brittain these.
Sigillum arreptum.

Alia manu: 21 Feb. 1622. Sir Arthure Aston to my Master.

Gedani, 22 Martii 1622
(vet. st.)

Arthurus Aston

ad Iacobum I regem Angliae

de pace inter Polonos et Turcas facta deque militibus anglicis in Poloniam missis

F. 8 r Most gracious and drad Sovereaigne.

I doubt not but your Majestie hath long since heard of the peace which was made betwixt the King of Poland and the Turkes, and allsoe seene the articles, if not, I have sent them to my most honored Lord, the Marquesse of Buckingham: The peace was made in very good time for Christendome, for the Powles had not bin able to have holden out above six daies longer, if the Turcks had continued theire former assaults; and the time that the Prince of Powle did hould out with the smale forces he had, was miraculous. (The perticulars I have writ to my honourable Lord, Lord Marquesse of Buckingham whom God of his goodnes continue in your Majesties favor). Only this I will certifie your Majestie, that although the forces your Majestie sent under my command, came not in time but parte hindered by the King of Denmarke; and ye rest by the Hollanders, yet the name of such forces with the Powles reported to be far above the true number, did put the Turck in great feare; seeing himselfe soe hardlie holden to it by so few, as the Prince had with him. The Prince and all his forces were beleagured round with the Turcks and Tartars, and then did the king send lettres a purpose to have them intercepted by the Turcke, mentioning therein, that he had far greater forces comming with him to the aid of his sonn then indeed all Poland was able to make. The kings Majestie of Powles acknowledges himselfe much bound to your Majestie, and the Nobilitie, and State, doe not onely confesse it, but admire that your Majestie should have a more Christianlie care of them and theire country then all other Christian Princes had. The king of Swethen and the Emperour of Russia most unchristianlie have taken the advantage of the tyme now that the Turcke was in Podolia. which is credibly reported unto me by them that lately come out of Leifeland; that the Emperour of Russia hath lately sent 20,000 men to the aid of the king of Swethland; I should have come myselfe with the King of Poland his lettres to your Majestie. But since I had Commaund to stay my selfe and send them, my Lord Wyre doth kisse your Majesties royall hands, and hath faithfully promised that at the next shipping, he will send your Majestie some Ouroxen. I humbly beseech your Majestie you will pardon this my boldnes; begging at your gracious hand that I may still remaine in your Majesties good opinion, for where or howsoever I shall live I shall ever be

Your Majesties true Beadsman, Loyall subject and ffaithfull servant

Arthur Aston

Dansicke, the 22nd of March 1621

In dorso: 22 March 1622, Sir Arthur Aston to Mr. Secret. Calvert from ye K. of Poland (*sic*)

Gustrovii, 9 Maii 1622

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
rogat ut pecunia procuratori suo exhibeatur*

F. 10 r Serenissimo Potentissimoque Principi et D-no D-no Jacobo Dei Gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori etc, D-no consanguineo et affini meo clementissimo salutem et felicitatem.

Serenissime et Potentissime Rex, Domine consanguinee clementissime; quae S.R.V. M-tis pressis et supplicibus opem ferendi promptitudo est, ea me iterum invitat S.V.R. M-tem appellare. Si enim me quantum attinet, rem vel leviter saltem considero, ultro fateor me omnem si qua fuit per integrum hoc meum exilium, vitae felicitatem soli R.V. M-ti debere. Stipendium enim illud annuum ex fisco S.V.R. M-tis nisi mihi persolutum fuisset, omni pene ope destitutus fuisset. Jam vero cum pensio proxime mihi suppeditata finem suum dudum viderit, et Procurator meus Bartram Poppe pecuniarum petendarum gratia integrum fere annum in Anglia commoratus sit, humillime rogo, ut S.R.V. M-tas, ea qua solita est me complecti clementia, nunc etiam indigentiae meae adsistere et stipendii quod reliquum, dicto procuratori meo ut exhibeatur, jubere velit. In Polonia rerum mearum status quis sit, quin S.R.V. M-tas ex Patricio Gordonio cognoverit nullus dubito. Spero tamen meliora, et S.V.R. M-tem supplex oro, ut si qua poterit via Poloniae Regis Domini mei animum ad clementiam deducere, ab ea deturbari ne patiat. Ego contra

F. 10 v tanto Patrono quae debentur et obsequia et officia S.[V.R.M.] promitto, nec unquam committam, ut benefactorum me[moria] apud me intermoriatur. Pluribus S.R.V.M-tem detinere nolo nisi quod eam quam diutissime recte valere et felicissime regnare, Deum ardentissimis votis precer. Dabantur Gustrovii in Megapoli 9 Maii anno 1622,

Sac. Reg. M-tis V-rae

Addictissimus et obsequentissimus consanguineus affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux
Wilhelmus.

In dorso: 9 May 1622 D. Curland to his Ma-ty

Gustrovii, 22 Junii 1622

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de stipendio annuo*

F. 11 r Serenissimo Potentissimoque Principi et Domino D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defen-

sori etc, D-no consanguineo et affini nostro clementissimo, salutem et felicitatem precamur, cum officiorum n-rorum promptitudine.

Serenissime et Potentissime Rex, D-ne consanguinee et affinis clementissime, permolestum nobis ipsis est S.R.V. M-ti nostris literis tam frequenter obstrepere. Non enim ignoramus S.R.M. V-ram tanto negotiorum publicorum mole detineri, ut legendis nostris parum temporis supersit. Quia vero S.R.M. V-ra satis superque cognitum habet nos in miseranda illa fata incidisse, ut a fortuna toties in gyrum acti, penitus concidissemus, nisi casus nostros aliena munificentia sustentasset, Itaque a S.R.M. V-ra denuo supplices petimus, ut Stipendium illud annuum, ex singulari commiseratione et Regia clementia nobis decretum, eo citius procuratori nostro Bartram Poppen persolvendum velit, quo longius dies solutionis cessit, et necessitates n-rae, praesertim vero studia filii nostri ad Academiam Lipsensem propediem abituri, id majori cum desiderio praestolantur. Nihil addo nisi extrema indigentia has a nobis esse exactas, beneficiorumque in nos collatorum memoriam nunquam nisi cum tota posteritate mea interituram. Deus Opt. Max. S.V.R. M-tem fortunasque et opes eius [in] aeternum conservet. Dabantur Gustavo in Megapoli 22 Junii Anno [1]622, S.R.M-tis V-rae

Addictissimus et obsequentissimus Consanguineus affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino, D-no Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi Fldei defensori, Domino consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 22 June 1622. William Duke of Curland to his Ma-ty.

N. 222

Varsaviae, 5 Augusti 1622

Sigismundus III rex Poloniae

Thomae Roe, legato anglico Constantinopoli

Christophorum ducem de Zbaraż, ibidem demandatum, commendat

F. 13 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Litvaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex et cetera.

Magnifice grate nobis dilecte Plurimum delectamur ea fama, qua tam de praestanti Grat. V-rae industria, virtutibusque Legato tanti Principis dignis, quam de egregia in nos voluntate, atque observantia, ad aures nostras pervenit. Solet enim Grat. V-ra, uti ab hominibus nostris accepimus, magnae Legationis suae curam nostris, Regnique nostri negotiis impendere, operamque atque studium suum ad tuenda, et propaganda isthic commoda, et ornamenta, non minus nostrae, quam universae Reipublicae Christianae conferre. Quae res merito Grat. V-rae singularem apud Ser-mum Magnae Britaniae Regem fratrem et amicum nostrum charissimum gratiam summam vero apud omnes laudem, atque benevolentiam conciliat. Quo fit, ut Legationem quoque

nostram, quam illustri Christophoro Duci de Zbaraz, Supremo Stabuli nostri Regii Praefecto, Krzemenecensi, Solecensi, ac Vislicensi Capitaneo, ad Portam Ottomanicam demandavimus, commendatam esse cupiamus, persuasum habentes Grat. V-ram eius promovendae negotium libenter, ac studiose suscepturam, ac e re et dignitate nostra, reique Christianae commodo, ac ornamento promoturam. Quo nomine plurimum Grat. V-ra de nobis, Regnoque nostro merebitur, partamque isthic laudem novo hoc erga nos, Remque publicam Christianam merito egregie cumulabit. Caeterum Grat. V-ram bene ac feliciter valere cupimus, benevolentiamque nostram Regiam eidem amanter deferimus. Datum Varsaviae die V-a Mensis Augusti Anno Domini MDCXXII Regnorum nostrorum Poloniae XXXV, Sueciae XXIX.

Sigismundus Rex

In dorso: Ill-ri et Mag-co Thomae Roe Serenissimi Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regis ad Portam Ottomanicam Oratori grate nobis dilecto. *Sigillum*

Alia manu: From ye Kynge of Poland: Aug. 1622

N. 223

Gedani, Augusto 1622

*Arthurus Aston
ad Georgium Calvert
de rebus Poloniae in Turchia, Moscovia et Suecia*

F. 15 r Honourable Sir, your manie favors bestowed uppon me doth still stirr me up to a gratefull acknowledgment and seinge at this present I have not other means to acquitt my self I will onlie lett you understand, I am mindfull and thanckfull and whull give you notice of the occurrences of this place, wiith report uttered soe variable at my beinge in England.

First for the kings Majestie of Poland, he is God be thanked at peace with his subjects, the confederates beinge all dispersed. The peace with the Turke continueth, to confirme which the Duke Sbarasky is gonn Ambassador to Constantinople.

Concerninge the Russe, it is reported they have sent another prowde Ambassage to the kinge and prince of Poland, that unless they will restore Smolensky and those territories taken from them, they will vizitt them with two hundreth thousand menn, which is more than they are able to doe, but as yett they have neither taken in Dragabuse nor besiedged Smolensky.

The Sweth is stronger in the felld, but most of his owne subjects his officers ar most strangers, ther is now treatie of peace wherin was offered restitution of Rye and all that was taken in Liefeland yf the Poles would covenant not to ayde the kinge of Polande for recoverye of the kingdome of Sweden, but that not succeeding he hath againe offered the same conditions, that a truce for 8 year may be made which it is thought the Poles will force the king unto. Ther hath bean latelie a practize discovered against my Lord John Wyar, by the Sweth who

had sent some 8 or 10 men either to have slaine or taken him, but the cheiffe of them (having bean a Leiffthenent) lettinge slipp some words in his drinke, was suspected, apprehended, examined, convicted, and executed; so he confessed the whole plott, that at the appearinge of certaine of the Swethen shipes before the towne of Puchkey,

F. 15 v they shuld sett the towne on fier and in the hurlyburlye either kill or sease uppon the Lord Wyar, the shipes uppon the warninge should Land ther menn and soe sease uppon the towne, which beinge discovered (as before) was prevented, and the instrument fell into the pitt he had digged for a nother.

Concerninge the successe of my owne busines, I cann write you yett nothing, not havinge as yett spoken with his Majestie, onlie this much I discover that the report will not be avouched that his Majestie my master should be any hindrance for our souldiers passage through the sound how his Majestie of Poland will understand it I will hear-after advise you, in the mean time you many please to lett his Majestie and the Prince understand of thease occurrences in the remembrance of my humble dutie to them both.

I have sent you with this a copple of keggs of sturgion the best I could hear gett. I desire you to accept them as a smale token of my service till occasion offers to present you with somethinge more worthie, soe wishinge you all increase of honour I kisse your hand and rest

Your honours ever to command

Danzick. Aug. 1622

Arthure Aston

In dorso: August 1622. Dantzick Poland. Sir Arthur Aston to Mr. Secret. Calvert

N. 224

Grodnae, 11 Octobris 1622

*Vladislaus Sigismundus Princeps Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
promittit protectionem Arthuri Aston*

F. 17 r Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori Consanguineo et amico nostro char-mo et observando Vladislaus Sigismundus Dei gratia Poloniae et Sueciae Princeps, Electus Magnus Dux Moschoviae, ac Smolenscensis, Severiensis, Cernihoviensis etc Ducatum Administrator. Salutem omnisque foelicitatis continuum incrementum. Ser-me Princeps Domine Consanguinee et amice noster char-me et observand. Nobilis Astonii optimi viri innocentiam minus rite a quibusdam ut ex literis Ser-tis V-rae intelleximus contumeliis opertam et oppressam summopere dolemus, cui praesidium aliquod Ser-tis V-rae et ipsius integritatis causa adferre cupientes, scripsimus ad aulam Sacrae R-ae M-tis Domini Parentis nostri observand-mi a qua nunc paulo remotius degimus, diligenter aequitatis causam et spectatam Astonii virtutem commendando, quae cum tam altis defixa sit radicibus, ut nulla vi luc-

tatorum labefactari possit, non dubitamus Astonum quoque cuncta iuxta desiderii expectationem consecuturum. De caetero Ser-ti V-rae cum ea voluntatis nostrae testificatione ipsius nos causa semper omnia velle bonam valetudinem et foelices rerum successus exoptamus. Datae Grodnae die 11 Mensis Octobris Anno Domini MDCXXII.

Serenitatis V-rae

consanguineus et amicus observand.

Vladislaus Sigismundus

In dorso: 11 Oct. 1622. The Prince of Poland to his Ma-tie

N. 225

*Ex arce Pucensi, 4 Octobris 1622
(Puck)*

*Ioannes Weiher, Palatinus Culmensis
ad Iacobum regem Angliae
mittit falcones*

F. 19 r Sacra et Serenissima M-ttas, Domine, Domine Clementissima.

Mitto pro hac vice Regiae M-tti V-rae duos alces et aliquos falcones, exiguum tanto Principe munus; sed pro observantia mea erga V-ram Regiam M-ttem, animo sincero atque fideli profectum, dignetur grato benignoque animo suscipere. Quod tardius mittantur, causa est Sultani Osmani temeraria in Rempubicam nostram machinatio; avertendi a patria periculi, et incendi studium, ac denique debiti Officii mei ratio erga Regiam M-ttem Poloniae et Sueciae Dominum meum Clementissimum. Quod numero exiguu, primi effecere conatus: Facta mihi potestate iam de modo acquirendi, efficiam ut anno sequenti Reg. M-tti V-rae meam comprobem in pluribus huiuscemodi feris animalibus transmittendis, diligentiam et observantiam. Interim obnix precor Reg. M-ttas V-ra me gratia et benevolentia sua Regia dignetur complecti, persuasumque habeat Reg. M-tti V-rae totique inclytae familiae suae Regiae, me meosque quoad vixerimus fidelissimos observantissimosque clientes futuros. His me, meaue obsequia et officia humillima, etiam atque etiam Reg. M-tti V-rae devoveo, quam foelicissime diu vivere ac regnare ex animo opto. Dabantur ex arce Pucensi 4 die Octobris Anno 1622

Sacrae ac Ser-mae Reg. M-ttis V-rae
fidelissimus

Joannes Weiher Palatinus Culmensis.

In dorso: Serenissimo ac Potentissimo Principi ac D-no D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, fidel[de]fensori D-no D-no Clementissimo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 4 Oct. 1622. The Palatine Weiher to his Ma-tie

s.l., s.d. 1622

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de stipendio ad filium educandum*

F. 21 r Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, fidei defensori, D-no consanguineo et affini meo clementissimo salutem et felicitatem.

Serenissime et Potentissime Rex Domine consanguinee et Affinis clementissime, amicus is vere est, consilio, opera re qui iuvat ubi opus est, nec amicum quo sit loco habendus scit, nisi rebus adversis qui fuerit exagitatus. Quod vitae genus cum tot annos abunde satis experior, tantisque cum calamitatibus colluctor quem S.R.M-ti v-rae praeferam veriolem amicum non invenio. Ea est, cui Ducatu et bonis omnibus exutus, vitam et spiritum quem quinquennium traho, me debere profiteor. Nec ego solum sed et filius meus Jacobus correum debendi in solidum se constituit. Eius enim educatio et studia ex annua S.R.M-tis v-rae pensione dependent. Testis Deus est nisi S.R.M. v-rae stipendium me sustineat, nec me, nec filium calamitatibus his esse ferendis. Licet vero non dubitem, quin S.R.M-tas V-ra a pristina in me gratia non discesserit, exoranda tamen est, ut ex commiseratione casus humani longiorem solutionis moram, arctiori mandato praescindat, idque de ea mihi tanto polliceor certius, quanto indigentia et necessitas me urget acrius. His S.R.M. V-ram eius commendo praesidio per quem reges regnant

Sac. Reg. M-tis V-rae

Addictissimus et obsequentissimus Consanguineus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia, in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus m.p.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino, Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, fidei defensori, Domino consanguineo et Affini meo Clementissimo.

Alia manu: Without date. William Duke of Curland to His M-tie. R[ceived] at Hampton Court 28 Septemb. 1622.

Varsaviae, 25 Octobris 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum regem Angliae
de subsidio pro bello Turcico*

F. 23 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque etc nec non

Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi Fidei defensori fratri et consanguineo nostro char-mo Salutem et mutui amoris continuum incrementum. Ser-me Princeps Domine frater et consanguinee noster char-me. Quanquam conscientia officii erga Ser-m V-ram nostri omnem sinistrae traductionis famam contemnat; gravi tamen cum animi nostri molestia ex literis Ser. V-rae intelleximus, ipsam acerbum sui erga nos, universamque Rempublicam Christianam officii fructum ex aliena malevolentia, aut temeritate tulisse. Immerito sane, magnaue cum utriusque nostrum iniuria in praeclarissimum Ser. V-rae facinus petulantis linguae debacchatur temeritas, impie ac impudenter dignam optimo atque sapientissimo Rege liberalitatem stolidae malevolorum traductiones sugillant. Verum ea semper extitit humanarum rerum infelicitas, ut nullum tam illustre, ac praeclarum edatur facinus, quin eius gloriam innatus humanis mentibus livor aut detrahendo extenuare, aut affingendo, et invertendo obscurare nitatur. Quanquam tam Regium, ac heroicum Ser. V-rae officium a pio, et Christiano animo, nostrique studiosissimo, in facie orbis

F. 23 v universi, erga nos profectum qui potuit in eiusmodi aculeatas malevolorum voces incidere, plurimum miramur, cum nullum unquam impudentius, nullum stolidius figmentum humani livoris malignitas eo rumore comminisci potuerit, palamque, ac in oculis totius orbis fuerit duorum Principum Christianorum difficili nostro Reipublicae Christianae tempore factum, alterum Ser. V-rae, Regis Daniae alterum, utrumque probe omnibus, sed dispari erga nos, orbemque Christianum merito notum, propriaque ipsius Regis Daniae confessione, atque purgatione apud nos per literas facta abunde testatum. Itaque potius credideremus ab aliquo rebus, et commodis suis prospicere ea occasione cupienti hunc rumorem datâ operâ confectum, et ad Ser. V-rae aures allatum esse; quo sicut nihil est levius, ac inanius, ita auctorem quoque necesse est similem ex'itisse. Sane de nobis Ser. V-ra sic statuât, nullius unquam traductionis famam optimum nostrum, ac integerrimum de Ser. V-ra officioque nobis prompte ac liberaliter praestito sensum immutaturam, obligatumque tam illustri testificatione animum nostrum in pristino bene de Ser. V-ra merendi cursu remoraturam. Caeterum quod attinet Generosum Arturum Astonium, hunc nos sicut paulo ante annua pensione benigne munerati, ita nunc literas nobis a Ser. V-ra reddentem gratia, atque benevolentia nostra Regia complexi sumus; miramur tamen vehementer, ipsum residuam subsidii pecuniarii nobis pro

F. 24 r bello Turcico a Ser. V-ra gratiose collati summam gravibus efflagitationibus a Generoso Georgio Ossolinski, qui legatione nostra apud Ser. V-ram anno superiore functus est, repetere: cum probe tam ex ipso Legato, quam ex literis Ser. V-rae ad nos datis compertum habeamus, Ser. V-ram eo liberalitatis officio, ita erga nos usam fuisse, ut integrum Oratori nostro ius, atque facultas esset, eam pecuniam in usus nostros libere erogandi. Quod quidem ille ita fecit, ut octoginta millia florenorum Arturo pro conducendo et armis instruendo milite tradiderit; viginti vero in varios usus nostros converterit. Quos idem Arturus tanquam sibi a Ser. V-ra destinatos a nobis, seu Oratori nostro exigere conatur. Quod cum inscia Ser. V-ra fieri intelligamus,

nihil nos quoque eo in negotio ipsâ inconsultâ statuere, sed illud ad Ser. V-ram referre, mentemque ipsius hisce explorare volumus; nequaquam enim illud nobis persuaderi patimur, pecuniam pro sacro bello a Ser. V-ra donatam cuiquam alii competere. Quam de caetero diu salvam, ac incolumem omnique gloria atque felicitate affluentem vivere cupimus, ipsique constantem benevolentiam studiaque ac officia nostra amanter deferimus. Datum Varsoviae die XXV. Mensis Octobris Anno Domini MDCXXII. Regnorum nostrorum Poloniae XXXV Sueciae XXIX

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori, fratri et consanguineo nostro char-mo.

Alia manu: 25 Oct. 1622. The King of Poland to his Ma-tie

N. 228

Stetini, 13 Novembris 1622

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae*

rogat ut in causa suae restitutionis legatus in Poloniam mittatur

F. 25 r Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino, Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino Consanguineo et affini meo clementissimo, Salutem et felicitatem.

Serenissime et Potentissime Rex Domine cognate et affinis clementissime. Exemplum casuum humanorum intuebar olim, nunc ipse sortis humanae exemplum. Meâ id culpâ, an aliorum calumnia integris et gnaris animis dijudicandum linquo, sperans Potentissimi Polonorum Regis Domini mei clementissimi animum tandem iri mitigatum. Nec enim si quid erratum a me esset id impune. In gratiam nunc si recipiar Clementiae nulla infertur iniuria. Quo tamen illam facilius impetrem, Serenissimi et Ill-mi Saxoniae et Brandeburgi Electores, Pomeraniae et Megapolis Duces legatos suos ad comitia 14 - 24 Januarii die celebrando in Poloniam sunt missuri. Idem a S.R.M. V-ra contendere erubescerem, ni gravis qua cum conflictor fortuna me cogeret.

F. 25 v Certum est plurima S.R.M. V-rae in me collata esse officia, agnosco ea facilius quam rependo. Unum hoc addat multis precor, et Legatum ad dicta Comitia Polonica rogatum restitutionem nostram expediat. Pietatis id officium tanto heroe dignum, quo aeternum misericordiae in Anglia, clementiae in Polonia, reddar exemplum. Idque ut obtinere possim denuo S.R.M. V-ram suppliciter rogo, cuius felicitatem

et Regnum tueatur ac regat ipse per quem Reges regnant. Datae Stetini
Pomeranorum 13 Novembris anno [1]622.

Sac. Reg. M-tis V-rae,

Addictissimus et obsequentissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Deo gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi et Domino Domino
Jacobus Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, fidei defensori,
Domino consanguineo et affini meo clementissimo.

Alia manu: 13 November 1623. William Duk of Curland to his
Ma-ty

N. 229

s.l., s.d.

Georgius Ossoliński
ad « Secretarium principalem Poloniae »
de pecunia Arthuro Aston data
(versio abbreviata)

F. 27 r The Kinges Ma-tie of Great Britaine being therunto drawn by my dilligent and earnest entreatie and suite did graunt license for the transportation of as many suoldiours out of his Ma-ties dominions towards the Turkish expedition as did please his Ma-tie, being added that there should be six thousand sent at his owne chardge for the use of his Ma-tie to the haven of Dansicke; but I in the meane time knowing the intent and purpose of the Kinges Ma-tie that so many thousand for the present yeare were not needfull, did my indeavour (least I should returne to his Sacred Royall Ma-tie voide and to noe purpose) that this money graunted by the Kinges Ma-tie of England for the transportation of six thousand to Dansicke should be given for the transportation of two thousand only to our kingdome, to which my suite the Kinges Ma-tie of England did assent, and commaunded his threasurer to deliver the said money into my proper handes, but in regard it was not at the present time redy, I did hasten my returne to his Ma-tie having received that which was first paide. I committed the rest to Sir Arthur Aston to be received by him and tooke with me two thousand three hundreth pound, which I brought with me that the men being come to Dansicke should there finde money in aredinesse, qua etiam ad castra sustentarentur. Nowe I doe mervaille why Sir Arthur should call for this money againe, it being given to me to dispose of for the king and State of Polandes use; And wheras he sayth that the money was given to him for the levieing and transporting of his men to Dansicke he shall never prove it: And wheras he sayth he was much troubled about the Kinges service, for any service he did his Ma-tie in that bussines I knowe it

not, but this I knowe well that he had much trouble about ould matters concerning his owne private afayres: for these letteres which he hath had from the Kinges Ma-tie of England he hath gotten them subreptitie, for the Kinges Ma-tie hath not writt in his letters that I shall pay this money againe, for his Ma-tie having given it once to me cannot give it againe to him.

In dorso: Abbreviate of Ossolinskies letter to the chife Secretarie of Powland.

N. 230

s.l., s.d.

*Arthurus Aston
ad Sigismundum III regem Poloniae
Georgium Ossoliński accusat*

F. 29 r Sacred Ma-tie. Seing the Lord Ossolinsky refusing to come at your Ma-ties commaund hath committed his cause to paper which blusheth not, it behoveth me likewise with the same Armes to defend my self, and although it may seeme I doe wronge to the King my Lord and Maisters letters which ought simply to be believed before the allegations of any person interested; yet finding my selfe otherwise toucht in ^{a)} my reputation, I could doe noe lesse then protest my Innocencie against the Calumniationes of those whoe without cause doe seeke to scandalize it.

And first to answere in order to the propositions of Ossolinsky. Wheras he sayth the Kinges Ma-tie my Lord and Maister did offer him License to levie soe many of his Ma-ties subiects as he pleased for your Ma-ties service against the Turcke, it is true; and wheras he sayth that the Kinges Ma-tie my Lord and Maister did graunt him 6000 men for the service of the Crowne of Poland against the Turcke, to be levied and conducted at his Ma-ties chardge to Dansicke, it is likewise ^{b)} true that at the beginning Ossolinsky made such a demaunde to the Kinges Ma-tie my Lord and Maister in your Ma-ties name, offering that by the intercession of your Ma-tie there should be restitution of the Palatinate as by his owne letter appeares, for the which bussines he demaunded at the first four score thousand pound sterling, and to procure your Ma-ties confirmation my sonne was dispatched in post to your Ma-tie to my noe smale chardge and his great daunger, by reason the wayes after he came past Brissells were full of Robers and murtherers, but at my sonnes returne your Embasadour it seemes had noe such warrant from your Ma-tie as he formerly promissed; yett without respect of any such promisses the Kinges Ma-tie my Lord and Maister out of his Royal Disposition and Christian-like care of your Ma-tie and Countrey, and the Wellfare of Christendome being against the Common Enemy, was contented to graunt your Ma-ties Embasadour two thousand of his subiects at his owne chardge to be levied and transported to Dansicke, which was more than any other Christian Prince

F. 29 v did to your Ma-tie and the State, calculateing the expense to arise to tenne thousand pounds sterling Commanded the said summe

to be paid out of his Ma-ties treasure, not to Ossolinsky (as he vaunts) but to me to whome by both your Ma-ties favours the Commaund of the Regiment was committed, which appeares not only by the tenour of the Kinges Ma-ties privie seale shewed to your Ma-tie under the hand and seale of the right honourable Sir Georg Caulvert chieffe Secretary to the Kinges Ma-tie, but alsoe by the Confirmation of his Ma-ties owne letters which alwaies is to be preferred before any other testimony that he canne produce to the contrary.

According to the same order the money was paid unto me, and my acquittaunces remaine in his Ma-ties Exchequer for the receipt of the money; Ossolinsky received not any of the money but what I lent him, which he most faithfully promissed should be restored to me againe at Dansicke, for the use of my selfe, my commaunders, and souldiours, I agreeing with parte of my Commaunders to receive some of their money at Dansicke, wherby I might the better furnish the Embassadour, which now they challenge me for, they bringing their men soe farre as they coulde, it being not their defaulte that came not through; it was Ossolinskys fault that he did not procure your Ma-tie to be as forward in sending to the King of Denmarke for their passage as the King my Maister was at two severall times by his Ma-ties lettres, althowght it was in your Ma-ties Kingdome otherwise reported of the Kinges Ma-tie, my Lord and c) Maister. Reason it selfe doth shewe that Ossolinsky was to pay me againe that money, because the gift of the Kinges Ma-tie of Great Brittain did extend it selfe noe further then the conducting of the souldiours to Dansicke, as Ossolinsky sayth himself in the beginning of his owne letter, neither was I further obliged to provide for them, being promissed by your Ma-ties Embassadour that at our landing at Dansicke we should receive present entertainment, which both my selfe and my sonne found to the contrary, for my sonne he came first with three hundreth men, and was forced to keepe

F. 30 r them tenne dayes upon his owne chardge, which he never yet received satisfaction for, and after was forced amongst your Ma-ties Boores to take his quarter in, perforce to the great daunger of himselfe and all his men. In like manner was I served when I came. I kept my men fourtiene dayes at my owne chardge which I never yett received satisfaction for. Upon what ground should Ossolinsky thinke that I should with my money maintaine them in your Ma-ties Countrey, and conduct them to the campe, as he pretends in his letter, with these words: *qua etiam ad Castra in itinere sustentarentur*. If your Ma-tie will marke it well in this one point his owne letter confounds him, for in the beginning of his letter he sayth the Kinges Ma-tie of great Brittain was contented to give soe much money, for to levie and transport soe many of his Ma-ties subiects to Dansicke, and now he will have parte of that money after they come to Dansicke to cary them to the Leager in Vallachia, which is from Dansicke neere three hundreth dutch myles; this is a pretension exceeding all reason, and I hope your Ma-tie will conceive it soe.

If I have not, Sacred Ma-tie, doune my duties, or if I have not raised, and transported the full number of souldiours committed to me (nay more then I had Commission for) I should be woorthy not only to have my owne kept from me, but alsoe to be severely punished,

but seeing my owne Kinge beares me wittnes, not only to your Ma-tie but likewise to the Prince your Sonne, that I have doune quod in me erat, et omnia quae potui, rite feci, I trow not why I should be relected or restrained of what belonges unto me. I notwithstanding have made manifest to your Ma-tie in every particular point I have doune my duty, and have given your Ma-tie a note of all the Captaines names that brought their men to sea, and the number that every Captaine had; there have bene with your Ma-tie divers of the Commaunders and officers of mine that have iustified of 2 thousand and odde men which were

F. 30 v brought to sea, beside some other Captaines that have not bene with your Ma-tie, whoe were driven into Holland, as alsoe foure Irish Captaines that I gave money unto, who should have brought me two hundreth men apiece, who could not gett shipping the last yeare, but if your Ma-tie had had occasion to have used them this yeare they would have bene redy to have brought their men to have doune your Ma-tie service.

Wheras he sayth that he knoweth nothing of my dilligence and sollicitation in this bussines, nor that I did your Ma-tie anny service, his owne letters have testified my dilligence and service to your Ma-tie and your Ma-tie hath acknowledged it in your Ma-ties letters to me, and besides he hath made my service the cheiffe occasion of giving me Commaund of the Regiment in his Commission graunted to me in your Ma-ties name, soe that I wonder that he should in soe short a time forgette him selfe. To me it is nothing; but I doe not heare that he hath acknowledged any favour the Kinges Ma-tie my Lord and Maister did him, his Ma-tie having more respected him then ever any Embassadour out of Poland was afore. He sayth he remembers well that he found me much incumbered with many oulde bussinesses of my owne private afayres; but he remembers not that within six dayes after his coming into England he sent me to the Merchaunts to borrow money for him to pay for his meate and drinke, whoe refused to doe it without good securitie which he could not give them, neither doth he remember that in that extremitie my Lord Marquesse of Buckingham procured my Lord and Maister the Kinges Ma-tie of great Brittain to alowe him eleven pounds sterling a day for his diet, and to pay all that was afore past, and furnished him with a house with his Ma-ties furniture, and allowed him ever when he would ride abroad his Ma-ties owne coach to attend him, and besides paid for two other Coaches for his men

F. 31 r which waited every day at his house from eight of the clock in the morning till six at night, neither doth he remember that great honour our Kinges Ma-tie did him, first in his Ma-ties Royall and gracious entertainment, Secondly in his Ma-ties extraordinary favours in commaunding the speeche he made to be put in printe which made many thousands more desirous of the furthering of that employment then otherwise would have bene. Besides he remembers not the great present his Ma-tie sent him at his departure, nor the honour his Ma-tie and our gracious prince did him, both of them sending him their highnes pictures, nor he remembers not that the Kinges Ma-tie gave both his steward and his secretary either of them a chaine of

would. Nor he remembers not the great favours my Lord Marquis of Buckingham did him, nor the present his honour sent him with his picture. These favours are nowe all forgotten, nay I cannot heare that he acknowledgeth any favour his Ma-tie did him at all.

And wheras he sayth in his letter that he tooke that 2 thousand three hundreth pound with him to Dansicke for the souldiours when they came thither, it is most untrue, for I sawe him laye it out in England for plate and Jewells, and hangings and other thinges for his owne use; but after his owne turne was served he neither respected the Kinges Ma-tie my Lord and Maister who had done him these great favours, your Ma-ties service, nor what became of the souldiours. And now that which displeaseth me most is that Ossolinsky sayth in the letter he writte to your Ma-ties Secretary that I have procured these letters from the Kinges Ma-tie my Lord and Maister fraudulently; as if his Ma-tie at my instance would write to your Ma-tie or the Prince any iniust thinge, or that the Right honourable Sir George Caulvert, his Ma-ties cheiffe

F. 31 v Secretarie of State would suffer any such letters to passe without due examination, under whose hand I have shewed your Ma-tie the true copy of the Kinges Ma-tie privie seale, how the money was given. The last time I was here with your Ma-tie all the question which was made was whether the money was given to me or to him, which now your Ma-tie hath sufficient satisfaction of, both under my Kinges Ma-ties hand, as alsoe the true copie of his Ma-ties privie seal under the hand and seale of the Right honourable Sir George Caulvert, his Ma-ties Chieffe Secretary.

And wheras he sayth that the Kinges Ma-tie cannot dispose of a thinge that he hath once given, it is true, neither doth his Ma-tie goe about to doe it. His Ma-tie only declares his intencion, and order of giving it, for his Ma-tie did not graunt the Embassadour tenne thousand pound sterling for him to carry with him to your Ma-tie and the State of Poland, neither did the Embassadour demaund it, but your Ma-ties Embassadour did demaund 2000 men to be sent at his Ma-ties charge to Dansicke to be your Ma-ties guard, and the money directed as afore for me to receive, for the levieing and transportation of the men.

This is what is needfull to acquaint your Ma-tie withall, beseeching your Ma-tie having considered every point to graunt me a speedy answere, for it is not for me to goe to suite with Ossolinsky in his owne countrey, and in the midst of his freindes and kindred: it is sufficient that Ossolinsky that made me spende soe much about it as he hath done, beside soe many volages; and now your Ma-tie sees his cause is not goode or he would have come when your Ma-tie sent for him to have answered the matter before your Ma-tie as it was your Ma-ties pleasure to answere me, he should doe at my first coming to your Ma-tie.

In dorso: Sir Arthur Astons complaint to the King of Poland.

a) in *add. sup. lin.*

b) likewise *add. sup. lin.*

c) Lord and *add. sup. lin.*

[*Iacobus I rex Angliae*]
[*ad suum in Polonia nuntium*]
Instructio generalis

- F. 33 r 1. You shall endeavour by all meanes possible to entertaine mutual love and freindship which ever hath been betwixt us and the King of Poland and the Estats of that Kingdome.
2. You shall neglect no occasion to move that King to continue his love and favour to the Elector of Brandenburg, he being our singular friend and Cousin.
3. Seeing there are many thousands of our subjects in those East-land parts, you shall labour diligently to move the King of Poland and the Estats of those places to suffer them to enjoy their auncient and accustomed priviledges and Liberties. And if any should happen to crosse and molest them, that you use all meanes in our name to defend and asist them from all wronges and injuries; withall if they have use of your extraordinarie services that you be readie at all tymes to doe them the best offices you can on their owne charges.
4. You shall be diligent and cairfull to search and know whatsoever the Pops, Austrian and Spanishe Agents and publicke instruments doe deal and treate with that King and Estat for the furthering of their Monarchical ambition and the suppressing of the Germane libertie, and the wrongfull detaining of our dearest childrens patrimonie and inheritance; and whatsoever your can learne to that effect, you shall at all occasions give us or our principal Secretaries of Estat due and true information as also of all other occurrences which shall fall out from tyme to tyme.
5. You shall be earnest with that King for the restitution of the Duke of Curland, you will receive instructions from that Prince how to use yourself in that business.
6. You shall speake with the Companie of Merchants residing at Elbing and receive their instructions that you may be the better enabled to deall with the King of Poland and the Senate of Dantzick in their behalfe.

In dorso: Poland. Instructions.

Iacobus I rex Angliae
ad cives Gedanenses
Patricium Gordon suum mandatarium in rebus mercatorum Anglorum constituit

F. 35 r Jacobus Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defensor etc, Magnificis Dominis, Spectabilibus viris, Prae-consulibus totique Amplissimo Regiae Civitatis Gedanensis Senatui, amicis nostris charissimis, salutem et benevolentiam nostram regiam a).

Magnifici Domini, Spectabiles viri, et amici charissimi, Literas vestras amicitiae et amoris erga nos et erga subditos nostros, benevolentiae et humanitatis plenas, jampridem nobis reddidit, famulus noster Patricius Gordonius: qui etiam oretenus singularem Ampl. vestrarum in Regii nominis nostri fama et dignitate, adversus iniquissimas malitiosorum quorundam obtrectatorum dispersas, per famosos libellos calumnias asserendâ curam et diligentiam abunde exposuit. Quae omnia ut prudentiae et iudicio vestro tribuenda agnoscimus: ita a nobis maximas et habendas et referendas gratias iure optimo censemus; nullasque gratificandi rationes commoda oblata occasione negligemus. Quod ad societatem Anglicanorum mercatorum alicubi in Prussia stabiliendam attinet; etsi Ser-mi Poloniae Regis, vestramque voluntatem perspeximus, et in eadem acquiescere lubenter cuperemus; tamen ne vicinis urbibus

F. 35 v aut subditis etiam nostris ullam iustae offensionis aut querelae suspicionem praebere videremur, Praesidi societatis illius, ejusque assessoribus iniunximus, ut (si vobis id gratum erit) homines idoneos mandatario nostro adiungerent, quibus negotii illius curam, cum plena transigendi potestate, committendam duximus; ut exploratis conditionibus a vobis, vicinisque Civitatibus proponendis, commodis et securitati suae consulant. Transactionis articulos a nobis confirmandos reservari volumus, caetera quae ad tractatus initium, progressum, eventumque, et ad Civium vestrorum subditorumque nostrorum commodum pertinent, vestrae prudentiae et promisso relinquimus. Atque ita Ampl. v-ras bene valere cupimus.

In dorso: Copia literarum S.R.M-tis ad Senatum Gedanen.

a) *Extat aliud exemplar huius epistolae; in primo autem verba salutem...*

regiam omissa sunt, et verbum Generosi insertum est post Domini.

N. 233

In arce Sedinensti, 12 Februrii 1623

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de stipendio annuo sibi solvendo*

F. 38 r Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino, Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori, et Domino consanguineo et Affini meo clementissimo, prosperrimos rerum successus, vitae incolumitatem, Regni stabilitatem, ornamenta, et adjumenta, cum officiorum ex addictissimo animo quae proficisci possunt promptitudine, precor.

Serenissime et potentissime Rex et Domine, Domine Consanguinee et Affinis clementissime. Quod alieno hoc tempore S.R. Majestatem vestram interpellare cogor, pro ea, quam ipsi debeo, observantia, peracerbum mihi accidit: quandoquidem non sum nescius, quanta occupationum mole curae et cogitationes S.R.M. v-rae exercentur, certatim sibi easdem vendicantibus, tot priorum Regnorum negotiis et universae Christianitatis salute, quae in fatalibus hisce Europae motibus

graviter videtur periclitari. Sed vicit pudorem meum extrema necessitas, et exilii diuturnitate vehementer exasperatum egestatis telum, quibus resistere nunquam humanarum virium fuit judicatum. Itaque ad S.R.M.V. iterum confugio, qua possum submissione etiam atque etiam rogans, ut annuam illam pensionem, qua ex Fisco suo indigentiae meae consulere clementissime fuit dignata, ulterius mihi elargiendum imperes. Haeret ejus causâ in alterum jam annum Londini Procurator meus, ex cujus literis dilationem rei novissime intelleximus, quod gravium procul dubio impedimentorum interventu accidit; sed quorum vim tanti temporis tractus fortassis jam enervaverit. Quod si iteratum S.R.M.V. mandatum accedat, paratum

F. 38 v mihi video solatium. Servet, quaeso, S.R.M.V-ra illam semel acquisitam laudem, vindicati ab extremitate malorum principis, quem inconstantis fortunae, et humanae fragilitatis tristissimum exemplum commiserationi eius ulterius commendat. Ego, siquidem non fert tenuitas mea, ut hujusce beneficii magnitudinem aliter compensem, precibus meis ad Deum Opt. Max. pro omnigena S.R.M. vestrae prosperitate ardentem fuis, et pia ejus recordatione perpetuo gratus ero. Dabam in arce Sedinensi 12 Februarii Anno 1623

Sac. Reg. Majest. v-rae

Addictissimus et obsequentissimus Affinis et servitor

Wilhelmus Dei gratia in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque principi ac Domino, Domino Jacobo Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regi, Fidei defensori, Domino consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 12 Feb. 1623.

N. 234

Londini, 4 Martii 1622 (vet. st.)

Franciscus Vernon

ad Eduardum Conway

de armisticio cum Suecis aliisque rebus in Polonia

F. 40 r Right Honorable. Although for me to poure my smale portion of puddle water into that sea wherunto all the fresh rivers of advises runnes, might seame but an officious dilligence, notwithstandinge, soe great is my desier to expresse my forwardnes to serve your honor, and my thanckfulnes for your honors favors, that I willingly accept of anie smale occasion to effect it. Your honor may be pleased to understand that since my comminge to London I received advise out of Poland that the truce between that Crowne and the Sweth was prolonged for another year beginninge in June next, in the mean time the Kinge of Sweth to inioye whole Liefeland. The Parliment in Poland begann the 24-th of January, wherin great reformatiions are expected,

espetiallye about the coynes, the abuse wherof hath almost ruined the cuntreye; certaine troopes of Casaks ar returned into Poland out of Silesia laden with boot and spoyle of the cuntreye; and about 8000 of the same generation ar up in Poland, who demaund freedom for the expressing of the Grekish religion, amongst them; and other impertinent demands which will never be graunted. The peace between the Turke and the Pole remains yett doubtfull; the Muscoveter labours what he cann to hinder it, least the qulett poles might convert ther designes uppon him; Sir Robert Steward was arrived in Danzige under the title of the Earle of Orkney, who was kindlye vizited by the lords of the towne, and well entertained by the Lord Weyer, who presented him six horses to fore his coach to Warsovia to the court, and likewise other presents wear bestowed on him by my Lord Collonell Sparr (the answer of whose letter I recommended to your honor). What his designes ar ther is not certainlie knowne, but I fear some disgusts will arise between him and Sir Arthur Aston; whose pretentions (as I understand) ar alike. Further, of any moment, I have not to advise your honor; yf any happen worthy your honors notice I shalbe redy to acquaint your honor with it, yf your honor wilbe pleased to accept of soe

F. 40 r slender ragualio; in the mean tyme I hope your honour wilbe mindfull of him whose best endeavors shalbe alwaies sacrificed at the alter of your honours disposinge, to whom be all increase of happines now and hereafter

Your honors devoted servant

London

Francis Vernon.

4-th March 1622

In dorso: To the right hon-ble Sir Edward Conway, principall Secretarye to his Ma-tie. At Court.

Alia manu: March 4, 1622. A letter from Mr. Vernon Concerninge the Affaires of Polande.

N. 235

[*Varsaviae*], 6 *Maii* (1623)

Sigismundus III rex Poloniae

ad Sultanum

de pace cum Porta deque incursionibus Tartarorum in Poloniam et de retentione Cosachorum

(*versio anglica*)

F. 42 r Ser-me et potent-me Princeps, Domine et Vicine Char-me.

A few dales past returned unto us ye generous Christopher Duke of Zbarass, chiefe Gouvernour of our Stable, our Captayne of Solec Krzemize and Vislic and our great Orator and Ambassadour unto your Majestie. Whom wee had sent unto your for renewing and establishing ye League which between the most high and powerfull Ottoman house and the most serene and potent Kings, and ye famous kingdome

of Poland, in the tyme of Soliman Balazet and other Princes Reigning in ye Ottoman Empire sent in the tyme of Sultan Osman Chan all-waies flourished syncere and inviolate. Hee openly related unto us many things of the frend-shipp of your Majestie, of the virtue of your Auncestors, and of your mind, worthy of glory, and of your propense and syncere will: and withall delivered unto us the tables of ye new League, made according to ye forme of ye antient pacts, together with your Letters frendly written. Wee doe very much embrace so propense readiness of your Majestie, proceeding from a high mind, desirous of peace, and frendshipp. Wee have approved, and accepted of those articles of perpetuall League, except some, which either by ye error of ye writer, or the unskillfullness of our Orator in ye Arabique tongue, were putt into those tables of ye League, contrary to ye forme of the most antient pacts, and the meaninge of our Ambassadour. Wherefore, although for ye present wee doe not send back unto your Majestie the generous Mechmet your Highnes Chiaus ^{a)}, for that he hath bene in Hungary of his owne accord, nor came unto us with our Ambassadour, Nottwithstanding, least by meanes of this delay, (seeing hee hath not as yett appeared before us) the envious and malevolous haters of peace may take occasion to calumniat and traduce us, and that your Majestie may be fully perswaded of our frendly mynd, and desire of peace, Wee doe send with these our letters the egregious Luke Szerebcovicz ^{b)} our subject, wherby wee doe certify your Highnes that both our Ambassadour is returned unto us safe and free, and that he brought unto us from your Majestie the pacts and Capitulations of peace and frendshipp, and that wee have received and embraced them with a willing and syncere mynd, and that wee will keepe, and maynteyne them with a constant and faithfull will, and that no occasion of violating them shall willingly proceed from us, If your Majestie shall on your part performe the same after the most famous example of the most renowned and potent Prince Sultan Soliman Cham, your predecessor.

There was also another cause of sending these letters to your Highnes, to say the Insolency and rash attempts of the Tartars, who not only after the peace agreed at the fort of Chatin in Walachia, did by greivous Incursions infest the frontiers and territories subject to our government, butt also at the tyme of the present Treaties with our Ambassadour of a peace and League, and which is more, the peace being duly and solemnly established and concluded by your Majestie with our Ambassadour, they have, by their Capteyne Sallassy Murza, kinsman to Kantemir Murza, broken into the territories

F. 42 v of our kingdome, and have done them great spolles, burnt divers townes and villages, have driven away Catell and herds, and as great multitude of men into servitude. Which, for that it was by them attempted against the newe and antient pacts, and rights of Holy League, firm'd and established by the religious promise, and oath of your Majestie, Wee doe by the band of those Leagues frendly request your Majestie that according to the honor of the pacts those rash and insolent people may be punished, the Captives without ransome restored, the damages done by this Incursion satisfied, and a convenient tyme for performing thereof assigned; And for the future, that it bee seriously provided, that no further thing bee againe attempted

by ye Tartars. Wee in like manner will keepe in obedience the Cos-
sacques, subject to our Government. Butt wee shall by no meanes bee
able to restreyne them, unless ye Tartars absteyne from these Incur-
sions, wherby ye Cossacques and the inhabitants of Podolia are provoked
to revenge, and to returne the like, and to recover their dammages.
And wee will likewise give Command that the wonted stipends of the
Chan of ye Tartars bee paid according to the forme of the newe and
antient pacts, and yearly carried unto the place, in the Articles sett
downe, assoone as hee shall have established the Capitulations of the
Leagues with us, and shall have delivered them unto our Nuncio, whom
wee have lately sent unto him in that behalfe, and shall with a firme
and constant frendshipp keep all things in the same conteyned. Butt
because the said Salassy Murza with other Tartars did by hostility
break into ye Provinces of our kingdome through the territories of your
Majestie, butt especially through the Begherbeghdome of Cantemir
Murza, your Majestie will hereafter by layeing a severe charge upon
him and the Palatine of Walachia in that behalfe, by ye prescript of
ye Articles, prevent the like Incursions, and of your high wisdom
will easily consider with yourselfe howe pernicious it is, to place such
men in the Confines, by whom peace, League and frendshipp is violated.
Neither can wee lett passe that, that Cantemir Murza doth bring newe
Colonies of Tartars into the places adioyning to our Territories, by
whom through nearness, cause of discord and enmityes, and of break-
ing and violat'ing the League may be given; Which that your Highnes
will tymely prevent and remedy wee doe by the respects of frendshipp
and League, frendly desire your Majestie. These for the present wee
thought fitt to write unto your Majestie, wherby it might appeare, that
wee will most instantly keepe these Leagues with your Majestie, and
bee frends to frends and enemyes to enemyes; And will shortly send
unto your Majestie by the generous Chaus, assoone as hee shall come
unto us the tables of the Peace and League written on your part.
Soe wee wish to your Majestie Long health

F. 43 r and the happiness of a Long raigne from the Great God,
and wee doe frendly returne unto you the affections and offices of a
most propense will. Dated the 6th of the moneth of May Anno etc.

Sigismond

In dorso: The K. of Poland to the Grand Seigneur in acceptance
of the treaty 1623.

- a) « Chlaus » *id est missus*
- b) *sic Ms recte Serebkowicz*

N. 236

Mariaeburgi, 6 Junii 1623

*Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
litterae gratulatoriae*

F. 44 r Serenissimo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Bri-
tanniae Franciae et Hiberniae Regi fidel Defensori Domino affini nostro

observand-mo. Vladislaus Sigismundus Dei gratia Poloniae et Sueciae Princeps Electus Magnus Dux Moschoviae ac Smolenscensis, Severien-sis, Cernihoviensis etc Ducatum Administrator, omne bonum ac con-tinuae foelicitatis incrementum. Serenissime Princeps Domine affinis noster obser-me. Cum nobis semper optatissimum sit intelligere de S-tis V-rae prospero rerum successu quem ex animo S-ti V-rae cupimus, de redditis nobis per Dominum Stuardum Comitem Orcadum a S-te V-ra litteris, summopere gratulamur, ac simul per eundem oblatam quoque nobis scribendi occasionem gaudemus. Is de nostro erga Ser-tem V-ram studio et affectu quem sincerum gerimus simulque quod ei non defuerimus luculentius quam exprimere verbis possemus referet, nam uti virum optimis instructum dotibus, resque suas apud Sacram Regiam Maiestatem Dominum Parentem et benefactorem nostrum Clementissi-mum prout a S-te V-ra commendabatur promovimus. Iam nunc a S-te V-ra hoc unum postulamus, ut nos sui amantissimum esse sciat mutua-que benevolentia prosequatur. Cui studiis nostris et officiis delatis bonam valetudinem et omnem prosperitatem in longum aevum pre-camur. Datum Mariaeburgi die VI Junii, Anno Domini MDCXXIII

Eiusdem Ser-tis V-rae

observantissimus

Vladislaus Sigismundus

In dorso: Serenissimo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi D-no Affini nostro obs.-mo.

Alia manu: 6-th June 1623. Ad regiam Ma. Vladislai Sigismundi Poloniae etc Principis litterae

Fol. 46 continet versionem Anglicam epistolae suprascriptae.

N. 237

Varsaviae, [1] Maii, 1623

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae*

Robertum Stuart, cui negotia commisit, commendat

F. 48 r . Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithua-niae Russiae Prussiae Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, nec non Sue-corum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei Gratia Magnae Brytanniae, Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, Fratri consanguineo et Amico nostro char-mo, Salutem et omnis felicitatis incrementum.

Ser-me Princeps Frater consanguinee, et Amice noster char-me. Discendentem ex aula nostra et in patriam redeuntem Ill-rem Rober-thum Stuarthum Comitem Orcadum, sine literis nostris ad Ser-tem V-ram dimittere nolumus, requirunt enim praeclarae ipsius virtutes, quas in ipso elucere conspiciamus honestissimarumque actionum conatus, atque in rebus agendis consilium et prudentia ut ipsum commendatione nostra ad Ser-tem V-ram prosequamur. Eum igitur benevolentia nostra a nobis complexum, S-ti V-rae pro nostra erga ipsum animi propen-

sione diligenter recommendamus, enixeque pro fraterno nostro amore a Ser-te V-ra contendimus, velit commemoratum Comitem benevolentia sua Regia complecti, eoque favore prosequi, ut ad pristinam Ser-tis V-rae erga se propensionem, maiorem hac commendatione nostra accessionem factam esse intelligat. Commisimus quoque certa quaedam negocia nostra eidem Comiti ut ea Ser-ti V-rae proponat atque explicet. Quapropter ut ipsum benigne ad se admittat plenamque in omnibus illi fidem habeat Ser-tas V-ra amanter ab eadem postulamus. Quod uti gratum nobis erit, ita vicissim Ser-ti V-rae perlibenter omni data occasione fraterni amoris mutuaeque amicitiae et benevolentiae nostrae promptissima studia et officia nostra contestaturi sumus. Quam diuturna incolumitate omnisque foelicitatis incrementis diutissime perfrui ex animo precamur. Datum Varsaviae die... [1] Mensis Maii Anno Domini M DC XXIII Regnorum nostrorum Poloniae XXXVI Sueciae vero XXX

Eiusdem Ser-tis V-rae

Bonus Frater

Sigismundus

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gra. Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidel defensori Fratri consanguineo et Amico nostro char-mo. *Sigillum arreptum.*

Fol. 50 continet versionem Anglicam epistolae praecedentis.

N. 238

Sedini, 6 Junii 1623

Guilelmus dux Curlandiae

ad Eduardum Conway

negotium nummarium a suo procuratore praesentatum, commendat

F. 52 r Honoratissime Vir, syncere nobis dilecte. Quantopere Dominatio V-ra negotia nostra, quae in aula illic habemus, cordi et curae sibi esse patiat, ex procuratoris nostri Bertrami poppe literis abunde cognovimus. Meretur haec vestra pietas non gratitudinem solummodo nostram, sed commendationem etiam aliorum: Quandoquidem nullo meritorum precio a nobis invitata rebus ita nostris favet et studet, sed sola humanae fragilitatis, et calamitatumstrarum miseratione adducta. Quo quidem cum dignam se, et cognita sua probitate rem facit, tum gratissimo nobis est solatio, quod inter tot adversitatum fluctus, vestrae huiusce benevolentiae, tam amice atque ultro nobis aspirantis auram percipimus. Sed peracerbum nobis accidit, quod post fortunarumstrarum naufragium sola nobis verba supersunt, quibus affectum in nos hunc Dom. V. rependamus. Certe si per divinam misericordiam, de qua non desperamus, ex angustiis hisce aliquando evaserimus, non feremus quicquam in nobis desiderari, quo gratitudinem nostram Dom. V. plenius probemus. Id nunc porro majorem in modum rogamus, ut hanc bene de nobis merendi voluntatem continuet: quod ^{a)} si fecerit, certa nos spes habet fore, ut dictus procurator noster cum felici

F. 52 v negotii illius nummarii expeditione brevi ad nos revertatur. Quod superest Dom. V. optime valere cupimus, eique benigna animi propensione addicti permanemus. Dabantur Sedini 6 Julii 1623

Dom. V-rae Benevolus amicus,

Wilhelmus D. G. in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux

Wilhelmus.

In dorso: Honoratissimo Viro, Syncere nobis dilecto, Dn. Eduardo Caneue, Sereniss. ac potentiss. Magnae Britanniae etc Regis Secretario.

Alia manu: 6-th Julii 1623. Gulielmi in Livonia Curlandiae et Semigalliae Ducis litterae.

a) *verbum aliquod expunctum.*

N. 239

Cramborni, 13 Augusti 1623

Iacobus I rex Angliae

ad Sigismundum III regem Poloniae

negotio Roberto Stuart commisso, consentit

F. 54 r Iacobus Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae, et Hiberniae Rex, Fidei Defensor, etc, Serenissimo ac Potentissimo Principi D-no Sigismundo III-o, eadem gratia Poloniae Regi, Magno Duci Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samog[iti]ae, Livoniaeque Duci, nec non Suecorum Gothorum, Vandalorumque haereditario Regi etc Consanguineo, Affini, et Fratri nostro charissimo, Salutem plurimam, perpetuumque foelicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Consanguinee, Affinis, et Frater charissime. Literas Ser-tis V-rae, Varsaviae primo die mensis Maii ultime praeteriti datas, reddidit nobis Robertus Stewartus, Comitum Orcadum filius, quem benigne habitum, et accuratissime recommendatum S-tas V-ra remittit, quo nomine et ille gratias aeternum debet, et nos quantum possumus Ser-ti V-rae maximas agimus. Gratulamur insuper ipsi Roberto, quem tam luculento testimonio virtutis, tamque seria recommendatione ornare S-tas V-ra non sit dedignata, Scietque in posterum commendationis illius causa se nobis multo fore gratiorem. Quae nobis autem proponenda, et exponenda ipsi Ser-tas V-ra commisit, prolixè narrantem libenter audivimus, et quae Ser-tis V-rae nomine a nobis postulavit, (praecipue de conducendis e ditionibus nostris militum octo millibus) haud gravate concessimus, quorum opera, non fovendis Christianorum dissidiis, sed retundendae audaciae, propulsandisque Barbarorum et aliorum Ser-tis V-rae ditiones iniuste infestantium et invadentium a) iniuriis S-tem V-ram usuram certo nobis persuademus. Robertum vero ipsum, ut spei de se a Ser-te V-ra conceptae satisfaciatur, omnes animi corporisque nervos intensurum certo scimus

F. 54 v fidem certe, promptamque voluntatem, et animi propensionem, ad Ser-tis V-rae iussa exequenda non defuturam spondemus, et profiteamur. Quod reliquum est, Ser-ti V-rae, cum prospero rerum

omnium successu, firmam valetudinem, diuturnamque vitam precamur.
Datum Cramborni die mensis Augusti 13, Anno Domini 1623.

In dorso: 13-o Augusti 1623. Regiae Ma-tis literae ad Serenissimum Poloniae Regem.

a) et aliorum... invadentium *add. sup.*
lin.

N. 240

Varsaviae, 30 Augusti 1623

Volmarus Farensbach
ad Iacobum I regem Angliae
reddit gratias pro liberatione a captivitate

F. 56 r Serenissime Potentissime Rex et Domine Domine Clementissime.

Obsequiorum meorum promptitudinem, cum summissi animi devotione Sac. Regiae M-tti V-rae commendo quam accuratissime.

Quotiescunque memoriam recolo, clementissimae affectionis curaeque vere partenae, quam S.R. M-tas V-ra mihi extraneo indigno et immerito, cum Turcico detinebar barathro, luculenter testari dignata est (quod quidem me facere saepissime, Generosum Arthuri Astonium S.R. M-tis Poloniae et Sueciae Capitaneum, testem appello) toties me ingratitude astrictum invereor; qui nullum hactenus grati animi mei specimen in conspectum S.R. M-ttis V-rae dederim. Quod si pari cum viribus passu voluntas ambulat: quod si occasio cuius eam captanti in promptu est, reus peragar: iudicer: damner: at si vel alterutram, vel utramque obstaculis obnoxiam esse conceditur, mitius in hac causa a S.R.M-tte V-ra decretum expectare non dubito. Etsi autem fortuna mea quantumvis summa libertatis assertionem pro me susceptam ullo numero compensare par esse nequeat, neque tale quidquam, vel sublimis S.R.M-ttis V-rae dignitas vel virtus desiderare et admittere videatur: tamen cui praestantior vitae meae partem debeo, eidem alteram quoque et si quid in utraque seu obsequii seu industriae contineatur, dediturus praesto sum, nutum S.R. M-ttis V-rae quo tandem cunque is intenderit, singula sequentur, antequam vita defecerit, non defectura. Interim me gratiae et clementiae S.R.M-ttis V-rae Domini ac Domini benefactoris mei benignissimi unice commendo, et ut in infimo servitorum suorum subsellio mihi etiam locum dignetur assignare supplici affectu contendo. Varsaviae die 30 Mensis Augusti Anno 1623. Sacrae ac Ser-mae Regiae M-ttis V-rae Domini Domini clementi-mi

humillimus servitor

Volmarus Farensbach

In dorso: (fol. 59): Serenissimo Potentissimo Principi et Domino Jacobo Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi etc, Fidei defensori, etc. Domino, Domino meo clementissimo.

Alia manu: Ad. Regiam Ma-tem 30 Augusti 1623. Volmarus Farensbach.

Extat aliud exemplar huius epistolae fol. 57.

Varsaviae, 31 Augusti 1623

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
promittit restitutionem pecuniae Arthuro Astonio*

F. 60 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri, et consanguineo nostro char-mo, salutem et mutui amoris continuum incrementum. Ser-me Princeps frater et consanguinee nos-ter charissime. Ex literis Ser-tis V-rae, quas nobis Generosus Arturus Astonius reddidit, probe intelleximus, quam cordi sit Ser-ti V-rae negotium, quod ipsi cum Generoso Georgio Ossolinski Aulico nostro a Cubiculo, ratione residui summae pecuniariae nobis a Ser-te V-ra pro bello Turcico liberaliter donatae intercedit. Haec nobis minorem ea res curam iniicit, qui et Generoso Arturo Astonio non minus de nobis, quam Ser-te V-ra optime merito propense favemus, et curam, molestiamque Ser-tis V-rae ipsius causa susceptam gravi cum animi nostro dolore feramus. Haeret enim nobis haerebitque semper illud tam eximium Ser-tis V-rae erga nos officium, quo tum erga nos summa cum laude functa est, cum barbarus hostis Rempublicam Christianam per latus nostrum peteret. Quare etsi Generoso Arturo Astonio nulla in hac causa apud nos suffragarentur merita, Ser-tis tamen V-rae causa, cui plurimum debemus, eo in negotio ipsi merito gratificaremur, cum vero et commendatione Ser-tis V-rae, et meritis erga nos suis in hac causa nitatur, non possumus illi favore, atque gratia nostra Regia deesse. Quamobrem dedimus literas ad Generosum Georgium Ossolinski, serio ipsi mandans, ut omnem rationem ineat, quo postulatio Generosi Arturi, eum quem par est, effectum sortiatur, calculumque cum illo totius eius pecuniae faciat,

F. 60 v et subductis diligenter expensorum rationibus, quidquid residuum fuerit, ipsi absque omni mora et tergiversatione restituat. Vt vero in posterum etiam commendationis Ser-tis V-rae fructum apud nos vir hic nobilis, ac militaris ferat, gratiam, atque benevolentiam nostram Regiam ipsi quavis occasione benigne testabimur, Deus Opt. Max. Ser-tem V-ram quam diutissime servet incolumem, atque florentem. Datum Varsoviae die XXXI Mensis Augusti Anno Domini MDC XXIII Regnorum nostrorum Poloniae XXXVI Sueciae vero XXX Anno

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri et consanguineo nostro chariss.

Alia manu: Ad Regiam Ma-tem Regis Poloniae Literae 31 August. 1623.

Extat aliud exemplum huius epistolae fol. 62 ad cuius finem additur (f. 63):

This letter containeth an expression of the King of Polands desire to conforme himself to his Ma-ties letters send and delivered to him by Arthur Aston touching a businis betweene him (Ma-ties *expunct*). and George Osolinski for the cleering and paiment of the residue of the monnies given by his Ma-tie in the Turkish warr. Hee is sorry that his Ma-ty or S. Arthur Aston have troubled them selves in this affaire, to the cleeringe and ending wherof hee hath commanded the said Osolinski that he shoulde use all meanes to give all reasonable content and satisfaction to the said Arthur Aston in this busines, and to that ende to give an account of the expences, and to make present paiment of the residue to the saide Arthur Aston: and that in consideration (*explicit imperfecte*)

N. 242

Varsaviae, 23 Octobris 1623

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum regem Angliae
commendat Ioannem Butlerum militem*

F. 64 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gottorum Vandalorum haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi fidei defensori fratri et consanguineo nostro char-mo salutem, et mutui amoris continuum incrementum. Ser-me Princeps frater et consanguinee noster char-me. Generosum Ioannem Buthlerum cohortis Germanicae Praefectum ob militares virtutes, quarum praeclarum specimen in compluribus expeditionibus praeuit, singulari gratia atque favore complectimur. Is cum in Scotiam patriam suam, rerum domesticarum componendarum causa, impetrata a nobis semestris absentiae licentia, profisciscatur, commendamus illum maiorem in modum Ser-ti V-rae, amanter ab ipsa postulantes, ut eum gratia, benevolentiaque sua Regia prosequatur, in negotiisque illius talem sese ipsi pro innata benignitate exhibeat, ut ille commendationis nostrae fructum, quem sperat, et optat, apud Ser-tem V-ram ferat, et compositis Ser-te V-ra benigne favente, rebus suis, ad nostra obsequia, militariaque munia quamprimum redeat. Quod reliquum est Ser-ti V-rae diuturnam valetudinem fausta ac prospera omnia a Deo precamur studiaque ac officia nostra amanter deferimus. Datum Varsaviae die XXIII Mensis Octobris Anno Domini MDCXXXIII Regnorum nostrorum Poloniae XXXVI Sueciae XXX.

Ser-tis V-rae

bonus frater

Sigismundus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Regi, fidei defensori, fratri et consanguineo n-ro charissimo. Sigillum arreptum.

Alia manu: 23 Octob. 1623. Regis Poloniae literae.

Sedini, 6 Novembris 1623

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Iacobum I regem Angliae
de stipendio*

F. 66 r Serenissime et Potentissime Rex et Domine, Domine Consanguinee et Affinis clementissime. Ex literis procuratoris mei, quem Londini habeo, ante menses aliquot ad me datis, spem equidem pulcherrimam conceperam obtinendae tandem pensionis meae, cuius nomine S.V.R. M-ti toties fui importunus. Caeterum quia eventus necdum secundavit expectationem meam, iterum ad S.V.R.M. supplex venio, eamque maiorem in modum rogo, ut iterato mandato suo moram isthanc intercidero, meque ex praesentibus angustiis, certe gravissimis, eripere, clementissime dignetur. Solo enim hoc nitor subsidio, unde et exhibere me, et charissimo simul Filio meo Jacobo, necessaria vitae ac studiorum adminicula subministrare possim. Quandoquidem Dei Opt. Max beneficio is ad id iam aetatis pervenit, ut maioribus sumptibus in bonarum

F. 66 v eiusque prosapia dignarum artium emporiis sit educandus. Quapropter etsi pro acceptis jam tot beneficiis Sac. V.R.M. plurimum sum devinctus, tamen quia regia eius munificentia nunc potissimum oportuna mihi foret, si expertus eam fuero, nulli mortalium plus debere me fatebor, Filius etiam meus omni conatu tanta gratia dignum se parabit. Quod superest, Sac. V.R.M. a praepotente Deo vitam longae-vam, valetudinem firmam, et prosperum imperium toto pectore comprehor. Dabam Sedini 6 Nov. 1623.

Sac. V.R. Majestati,

Addictissimus et obsequentissimus Affinis et Servitor

Wilhelmus D. G. in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

Wilhelmus.

In dorso: Serenissimo et potentissimo principi et Domino, Domino Jacobo, Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori, Domino Consanguineo et Affini meo clementissimo.

Alia manu: 6 Nov. 1623. Ducis Curlandiae literae quibus Reg. Ma. de pensione sua educenda rogat.

Sedini, 7 Novembris 1623

*Guilelmus dux Curlandiae
ad Eduardum Conway
rogat ut sibi stipendium solvatur*

F. 68 r Wilhelmus D.G. in Livonia Curlandiae et Semigalliae Dux.

Honoratissime Vir, sincere nobis dilecte. Redimus supplices ad Sac. Regiam Majestatem, Dom. Consanguineum et Affinem nostrum

clementissimum pensionis nostrae nomine, cuius obtinendae spem ante menses aliquot perpulchram nobis fecerat vestrae humanitati illic non ignotus procurator noster. Et supersederemus quidem libentissime isthac interpellatione, quandoquidem non ignoramus, quae alia et quam graviora curas ipsius R.M. cogitationes sibi vendicent periculosis his temporibus, et turbata passim Christianitate: sed cum longior haec mora in majores indies angustias nos praecipitet, dabit hanc veniam Sac. S. Regia Majestas extremae necessitati, nec inclementer nos respiciet, adjutos praesertim Vestra commendatione, quam, ut literis nostris per procuratorem nostrum exhibendis accommodatis, etiam atque etiam rogamus, et gratitudinem promittimus, ob singularem favorem nedum in negotio nobis praestitum, jam antea vobis debitum. Bene valeat humanitas vestra, cui gratia nostra, et benevola animi propensione semper manemus addicti. Dabantur Sedini 7 Nov. 1623.

D.V. gratissimus

Wilhelmus

In dorso: Honoratissimo Viro, syncere nobis dilecto, Eduardo Canneue, Magnae Britanniae Regis Secretario.

Alia manu: 7 Novemb. 1623. Hon-mo Viro D-no Eduardo Coneway etc. Ser-mi Ducis Curlandiae Litterae quibus de praeterito gratias agit et de futuro favore se memorem fore pollicetur, etiam atque etiam rogans ut mediatione sua interveniat apud Reg. Ma-tem quo citius pensionis suae fructus referat.

N. 245

Varsaviae, 21 Novembris 1623

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
commendat Robertum Stuart*

F. 70 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque: nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex: Ser-mo Principi Dno Jacobo VI, eadem gratia Magnae Britanniae Regi, Domino amico nostro char-mo. Salutem et prosperos rerum successus. Ser-me Princeps Domine amice noster char-me. Singularem erga nos Ser-tis V-rae amorem, et dignitatis nostrae ornandae, tuendaeque studium, sicut multis argumentis experti alias sumus, ita nunc in Illus. Roberti Stuarti oblata nobis opera, adiuvanda, confirmandaque agnoscimus. Gratum nobis illius erga nos officium ante fuit, et nunc ex commendatione iterum Ser-tis V-rae multo gratius. Et quamvis nullam de illius fide dubitationem relinquat cum familiae in qua natus est gentilitia dignitas et claritudo, tum propria ipsius virtus: Multa tamen, in his variarum occasionum et incertae fortunae casibus, atque periculis hodie obnoxiiis temporibus, et procul dissitis locis, incidere possunt, quae magnorum negotiorum progressum et securitatem morari aut

impedire possunt. Ad quae avertenda, et Conventionem inter nos inchoatam, ad plenum effectum integre deducendum, quatenus Ser-tis V-rae gratia et auctoritate, dictus Stuartus indigebit, amanter ab ea petimus, ut pro coepta, confirmataque in nos voluntatis, ac in illum benevolentiae facilitate et promptitudine, perfectum hoc beneficium et absolutum reddere velit. Quod a nobis omnis vicissim amoris affectu et contestatione excipietur, ac ubi res postulaverit, paribus studiis, officiisque erga Ser-tem V-ram referetur. Cui prosperam a Deo valetudinem, ac felix rerum omnium incrementum precamur. Datae Varaviae die XXI Novembris Anno MDCXXXIII

Ser-tis V-rae

bonus amicus et frater

Sigismundus Rex

In dorso: Serenissimo ac Potentiss. Principi, D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae, Hyberniae Regi, D-no amico nostro et Fratri char-mo. *Sigillum arreptum.*

Alia manu: 21 Nov. 1623. Ad Sacram Reg. Maiest. Ser. Regis Poloniae Litterae quibus praedictae Ma. gratiam et favorem Roberti Stuarti nomine precatur, in conducendis et deducendis e ditionibus suis militum octo millibus.

N. 246

s.l., 6 Decembris 1623

Arthurus Aston
ad ignotum
elenchus militum in Poloniam mandatorum

F. 72 r A true certificate of what men Sir Arthur Aston Knight brought to sea aswell himselfe as his commaunders out of England and Ireland.

Inprimis himselfe hired two shippes in which were shipped from the	
Port of London	360
Item Captaine Arthur Aston shippes (sic) from the same porte	300
Item Captaine Frauncis Blaby shipt from the same porte	300
Item Captaine Thomas Howard shipt from Newecastle	240
Out of Ireland.	
First Captaine Lawrence Maisterson shipt out of Wexford	200
Item Captaine Brian Fitz Patricke shipt out of the port of Waterford in two shippes	610

These men were all at sea and my owne shipp with my sonnes shippe passed the Sound, the rest were dispersed some into Holland,

some returned for England. And Captaine Briens Company returned for Ireland. Beside all these I paid money to these foure Captaines to have brought me 200 men apiece out of Ireland whoe could not gett shipping that yeare, yett had raysed their men, and had them in areadinesse, viz.

Captaine Christopher Blunt
Captaine John Doyne
Captaine Bingley, And
Captaine Frauncis Williams.

Had we by the Embassadors meanes had passage in the sounde I had browght into Poland 3000 men. S. Arthure Aston.

In dorso: A list of the number of souldiors shipped by Sir Arthur Aston.

N. 247

[Varsaviae] s.d.

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Iacobum I regem Angliae
oratorem eius ad Portam Ottomanicam ob officia oratori suo ibidem
praestita, laudat*

F. 74 r Ser-me Princeps etc. Cum plurimis aliis, tum vel eo nomine fraternam Ser-tis V-rae erga nos benevolentiam, propensumque studium luculentissime perspicimus, quod suo apud Portam Ottomanicam Nuncio in mandatis dederit, ut rebus nostris isthic advigilaret, eaque sedulo exequeretur, quae ad dignitatem, securitatemque Regni nostri pertinerent. Quod ille quidem ea diligentia, fide, prudentia praestat, ut Oratorem Ser-tis V-rae agens de universa Republica Christiana praeclare mereri videatur. Praeclarum eius rei testimonium nobis attulit Ill-tris Christophorus Dux de Zbaraz supremus Stabuli nostri Praefectus, qui nuper legatione apud Imperatorem Turcarum ^{a)} nostro nomine functus est, cui omnibus in rebus operâ, consilio, auctoritate praesto adfuit, nihilque studii, ac officii erga illum sui in negotiis nostris e re et dignitate conficiendis intermisit. Neque vero post ipsius Constanti-nopoli discessum studium id eius cessavit, verum et per literas cum illo de rebus ad securitatem Regni nostri pertinentibus caute, et prudenter communicavit, et allos Nuncios hominesque nostros, quos ad Portam Turcicam recens legaveramus, re et consilio iuvit. Quo nomine cum singularem apud nos, aliosque Principes Christianos, ad quos fructus legationis eius redundat, benevolentiam, tum Regiam quoque apud Ser-tem V-ram gratiam meretur. Quam etsi minime dubitamus ipsi apud Ser-tem V-ram uti Principem optimum, aequissimumque virtutis, ac meritorum cuiusvis aestimatorem, atque remuneratorem non defuturam; tamen ut Ser-tas V-ra intelligat, nos plurimum ob illustria huius viri erga nos merita primo Ser-ti V-rae, cuius iussa agit, deinde ipsi debere, commendamus eum maiorem in modum Ser-ti V-rae, amanter postulantes, velit eam rationem virtutis, meritorumque eius ducere, quam par est integerrimi et praestantissimi viri, gloriam sui Principis,

dignitatem atque securitatem Christianorum Regnorum summa cum laude propa-

F. 74 v gantis. Equidem sicut nos hactenus Ser-tas V-ra plurimis iisque praeclarissimis propensissimae voluntatis testificationibus sibi obstrinxit, ita magnum cumulum ad praeterita sua erga nos studia, ac officia adiecerit, si Oratorem hunc suum cum suae virtutis, tum nostrae commendationis caussa, peculiari Regiae benevolentiae affectu prosequi voluerit. Quam diu salvam, ac incolumem, omnique gloria, atque felicitate florentem vivere cupimus. Datum etc.

In dorso: Copy of ye Kyng of Polands letter to his Ma-ty in acknowledgement of my service.

a) Turcarum add. sup. lin.

N. 248

s.l., s.d.

*Thomas Buck
Sigismundo III regi Poloniae
reddit rationem de pecunia sibi debita*

F. 76 Liquidatio et iustificatio debiti, quod ex Thesauro Regiae M-tis mihi de iure debetur etc.

1. Vigore vocationis specialis sub manu et sigillo Ill-mi Domini Ducis Exercitus et Commissarii Generalis qua post decessum Capitanei Clerk 30 Octobris Anno 1610 me in ipsius locum duabus turmis praefecit, uti in attestazione DD. Commissariorum de data Rigae 26 Septembris Anno 1612, probatur; salarium viginti trium Mensium et trium Septimanarum mihi restat: et quia unius turmae Praefectis stipendium 100 Flor. depensum est, mihi duplum iure debebatur. Quoniam vero Dominus Dux Exercitus in sua attestazione de data 23 Martii Anno 1612 Flor: 120 mihi assignavit, in iis acquiescere cogor, facit summam 2850 Flor: ad rationes huius stipendii numerati sunt mihi 1000. Flor: restant itaque 1850 Flor:, qui sine insigni iniuria mihi non possunt denegari.
2. Militibus meis facta liquidatione Anno 1611 stipendii promeriti restarunt 3311 Flor: quibus creditoribus quibusdam, apud quos ego fidem pro iis interposui; quibus etiam interea temporis satisfeci, aut adhuc satisfacere debeo, obstricti erant: quocirca haec summa mihi cessa, mandatorioque meo Petro Primorosso 300 Flor: postea numerati sunt: remanserunt 3000 Flor: prout attestazione Domini Skarbny de data 21 Junii Anno 1612 eiusdemque liberis Cancellarii eodem anno exaratis, quibus pecuniam illam in parato esse, mihi-que numerari debere scribit, probatur: merito itaque illi 3000 Flor: mihi debentur. Cum manifeste probem attestazione Civitatis Rigensis de data Riga 11 Octobris Anno 1612 locum tenentes et Vexilliferos meos nomine utriusque turmae meae iudicialiter quietasse, et insuper mihi ab illis summam 1319 Flor: deberi publice recognovisse.

3. Militibus meis per Dominum Thesaurarium Anno 1612 numerati sunt 900 Flor: vigore quietationis Domino Thesaurario desuper datae. Illi 900 Flor: postea in liquidatione Rigae per DD. Commissarios facta (ista thesaurarii quietatione aut dissimulata, aut oblivione tradita per notarium) altera vice militibus soluti sunt: mihi autem insoluto assignantur. Cum tamen militum stipendia nihil mecum commune habeant, peculiaresque et plane separatae sint rationes meae ab illis. Ideoque sine laesione iustitiae, error vel iniuria notarii mihi non potest esse damno.
4. Agitur postremo de salario primi biennii, quod S.R. M-tas solvere renuit, probo Ill-mi Domini Ducis Exercitus (cuius fides et Auctoritas mihi non fuit in dubium vocanda) literis, de data 4 Maii Anno 1609 quod in Capitaneum me elegerit militesque conducendi, et contra hostem ducendi copiam fecerit. Deduco denique attestatione ipsius de data Bychow 21

F. 76 v Martii Anno 1613, quod per integrum quadriennium Reip[ublicae] fideliter inservierim, nec minorem priori, quam posteriori biennio operam et studium immo maiori cum periculo praestiterim. Comprobo demum S.R.M-tis literis ad Ill-mum Dominum M. Dominum Lithuaniae Thesaurarium scriptis, quod Capitaneum suum me nominet utque de integro quadriennio rationes mecum putet, et solarium solvat, mandat: quoniam itaque is me constituit, qui bellum gerendi a Rep. habet potestatem, neque illi ut privato, sed Duci Exercitus, nec in privatis, sed in publicis inservivi, nullatenus dubitare possum, quin S. illius M-tas mihi homini extero, bene de sua M-tate, quantum per vires licuit, etiam sub amissione valetudinis, merito; tenore prioris consensus, quod debetur hoc nomine stipendii, de aequitate clementer exolutura sit: imprimis cum tantos hactenus sumptus facere, meque variis debitis obstringere coactus sim, ne honoris periculum subire, nomenque meum perpetua macula aspergere, atque hac ratione tam valetudinis quam famae iactura hinc discedere cogar.

In dorso: Buck's liquidation with the King of Poland 1623

N. 249

Neagorae, 1 Februarii 1623 (vet. st.)

*Iacobus I rex Angliae
ad Sigismundum III regem Poloniae
permittit Roberto Stuart ut milites ex Anglia in servitium regis Poloniae
conscribat*

F. 78 r Iacobus Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Rex, Fidei Defensor, etc, Serenissimo ac Potentissimo Principi D-no Sigismundo III-o eadem gratia Poloniae Regi, Magno Duci Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque Duci, necnon Suecorum, Gothorum Vandalorumque haereditario Regi etc, Consanguineo Affini et Fratri nostro charissimo, Salutem plurimam perpetuumque foelicitatis incrementum. Serenissime Princeps, Consanguineae Affinis et Frater charissime.

Litterae Ser-tis V-rae Varsaviae xxi die Novembris datae nobis sunt redditae. Cum autem Ser-tas V-ra multis praefata Roberti Stuarti, Comitis Orcadam Filii fidem, extra omnem dubitationis aleam positam, tandem remoram objicit, ac sponsionis nostrae securitatem exigit; Nil Regibus, vulgarem mortalium modulum excedentibus notius, quam quod eorum Litterae omni dolo vacuae, privatorum contractibus, quantumvis sollenniter initis, praeponderent, nec quicquam Principibus fide, quocunque eam testentur ritu, antiquius. Literis nostris, proxime superioribus fidem, promptam voluntatem, animique propensionem, Roberto ad Ser-tis V-rae iussa exequenda non defuturam spopondimus: Nunc vero, quo luculentius Ser-ti V-rae satisfiat, profitemur Robertum plene planeque destinata vestra Nobis aperuisse, ac nobis probata grataque fuisse: verbo itaque nostro Regio pollicemur Robertum Stuartum, Consanguineum nostrum, vel Joannem

F. 78 v Hussardum, Equitem Auratum ex nobilium Cubiculariorum nostrorum numero unum, Roberti substitutum in casum mortis, assumptum et designatum, militum octo mille, in usus vestros e ditionibus nostris conscripturum, ad portum a Ser-te V-ra destinatum (nisi fatalis intervenerit casus, humana providentia et industria insuperabilis) adducturum, in littus expositurum, ac deinceps fidi strenuique Ducis militisque munere perfuncturum; pro utriusque insuper fidelitate, diligentia, rei militaris peritia, et facultate praemissa praestandi, spondemus et fide iubemus; modo Ser-tas V-ra pecuniae summam pactam conventam, in hunc usum erogandam, in Britanniam transmisserit: Utque omnis Ser-ti V-rae scrupulus adimatur, negotiis hos viros, momenti similis Nos praefecturos, exigente rerum necessitate testamur; tantum abest ut de Illorum fide et virtute ambigamus, aut eos Ser-ti V-rae imposituros mittamus, aut nobis spondentibus alius fidejussor requiratur: Certo itaque sibi persuadeat Ser-tas V-ra tam notae nobis tot experimentis fidei viros, tantis fidei creditoribus nunquam decocuturos, nec nos ulla ratione Ser-ti V-rae officiis nostris defuturos. Quod superest, prosperissimum rerum omnium successum, firmamque Ser-ti V-rae valetudinem, vitamque precamur diuturnam. Datum Neagorae in Venationibus brumalibus die 1 Februarii Anno 1623.

Ser. V.

bonus frater

[Jacobus] a)

In dorso: 1 Febr. 1623. Regiae Ma-tis Litterae ad Ser. Poloniae Regem in gratiam Rob. Stuarti et Joannis Hussardi Equitem etc, quorum nomine spondet milites ad numerum 8 m. e ditionibus suis eos conscripturos ad portum a praedicto Rege destinatum adducturos (Deo volente) modo pecuniae summam conventam in Britanniam transmisserit.

Exaratae et conscriptae fuerunt ex mandato D-ni Ducis Lenox et Rich[mondiae] et eiusdem mediatione signatae et sigillatae

Extant alia exemplaria huius epistolae, sed imperfecta fos. 79, 81, 82.

a) *Haec pars paginae dilacerata est.*

Neagorae, 1 Februarii 1623
(vet. st.)

Iacobus I rex Angliae
ad universos

Salvus conductus pro Michaelē Mitchel ad regem Poloniae misso

F. 84 r Iacobus Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Rex Fidei Defensor et Omnibus et singulis Regibus Principibus Ducibus Marchionibus Comitibus Vice-Comitibus Thalassiararchis Strategis, Urbium, Oppidorum, Pontium, Portuum, Fluminum Praefectis, aut quocunque alio Magistratu conspicuis Ecclesiastico Civili sive sua, sive vicaria fungantur potestate, in quorum amicas et benevolas manus hae nostrae Salvi-Conductus Literae pervenerint, Salutem.

Lator Harum Michael Mitchel generosus cum Literis nostris ad Serenissimum Poloniae etc Regem proficiscitur, quarum quia magni negotii nec minoris momenti tenor ita et Latoris incolumitas in quo et Illarum salus sita est, nobis curae cordique est. Singulos itaque et universos Reges Principes etc in quorum ditiones et dominia praedictus Mitchel appellet, rogatos volumus, ut ea Illum dignentur humanitate quam Principum gerentibus negotia par est debere, bona pace eat et redeat, moras nectat, flumina transeat, naves in quolibet portu conscendat, terra denique marique prout libuerit iter liberum instituat omni nocumento et impedimento expers, et si quando ope et auxilio vestro non modo in tutanda persona, sed etiam in accelerando itinere et negotiis nostris promovendis indigebit, eam experiatur humanitatem cuius et vestri aliquando fructus referant, et negotia nostra eos quos volumus quam citissime sortiantur effectus. Quod si vel in persona aut praedicto negotio, vel utroque, vestro favore adiutus

F. 84 v fuerit, Nos nostris partibus non deerimus, nec insoluta relinquemus, quae huic nostro benefecerint. Datum Neagorae in brumalibus Venationibus, die 1 Februarii Anno Domini 1623.

In dorso: 1 Feb. 1623. Salvus Conductus in gratiam Michaelis Mitchel Generosi Regiae Matris literarum Latoris ad Sereniss. Poloniae Regem.

N. 251

Alba Aula, 26 Martii 1624 (vet. st.)

Iacobus I rex Angliae

ad Sigismundum III regem Poloniae

reiterata permissio Roberto Stuart milites conscribendi data

F. 85 r Iacobus Dei gratia etc (ut in epistola praecedente usque aleam positam) Mirum profecto videtur Serenissimum Vram aliquam velle remoram obicere cum de more soleamus subditis nobilioribus et fidelioribus nostris veniam concedere copias e plebe nostra conscribendi atque in auxilium vicinorum Regum et Principum deducendi, nec quisquam adhuc de ea re dubium iniecit, aut sponsionem nostram requisivit. Literis

nostris proxime superioribus quam praedictus Robertus nos haberet confisos ostendimus nec minime dubios esse illius fidem, promptam voluntatem, animique propensionem ad Ser-tis V-rae iussa exequenda defuturam. Sciatque iterum Ser-tas V-ra illius nos esse animi, atque in ea immotos confidentia. Regio itaque verbo nostro pollicemur nos praedicto Roberto Stuarto Consanguineo nostro, vel Johanni Hussarto Equiti e nobilium

F. 85 v Cubiculariorum nostrorum numero uni, Roberti substituto in casum mortis assumpto, veniam concessuros militum octo mille in usus vestros conscribendi e ditionibus nostris ad portum a Ser-te V-ra destinatum deducendi, et in littus exponendi, de utriusque fidelitate, diligentia rei militaris peritia indubitanter confisi. Utque omnis Ser-ti V-rae scrupulus adimatur, negotiis hos viros momenti similis nos praefecturos exigente rerum necessitate testamur, tantum abest ut de illorum virtute aut fide ambigamus, quam ut experti sumus apprime sinceram ita eam Ser-ti V-rae iterum serio commendamus. Datae e Regia nostra Alb-aula die mensis Martii 26-o Anno D-ni 1624 st. vet.

Ser-tis V-rae bonus frater,

Jacobus R.

In dorso: 26 March 1624. Copie of his Ma-ties letter to the King of Poland touching Sir Robert Stuart.

Extant fos. 87 et 88 alterum exemplar huius epistolae cum versione Anglica.

N. 252

Gedani, 3 Junii 1624

*Cives Gedanenses
ad Iacobum I regem Angliae
de navi gedanensi «Alba Columba» intercepta et restituenda*

F. 90 Serenissime et Potentissime Rex ac D-ne D-ne Clementissime.

Frequentioribus civium nostrorum queremoniis adducti S-ae R-ae M-ti V-rae humilime gravissimas Capitanei Georgii Herwort iniurias exponere cogimur, qui navem nostrorum ex Hispania reducem a signo Alba columba vocatam violenter interceptit, magistrumque navis ad permutationem alterius navis adegit, ac ita piraticam exercendo maximam civibus nostris damnum dedit. Eundem Capitaneum Herwort nunc in vinculis detineri, navemque ipsis ablatam in portu quodam Irlandiae reperiri accepimus, cuius rei gestae Martinus Peterstonius civis noster spoliatorum mercatorum Mandatarius prolixiorem informationem praebere potest. Proinde S-am R-am M-tem V-ram summa animi demissione rogamus, dignetur autoritate sua Regia Magistratibus ejus loci quorum in potestate navis illa reperitur, serio injungere, ut ea nostris hominibus cum omni apparatu restituatur, tum ut Capitaneus Herwort qui merces quibus navis illa onerata erat, nostris quoque ademit, ad

solutionem earum refusionemque damnorum compellatur. Hanc S-ae R-ae M-tis V-rae gratiam humilimis obsequiis demerere ac subditis Regnorum suorum omnia humanitatis ac benevolentiae officia vicissim exhibere parati sumus. Deus S-am R-am M-tem V-ram diutissime florentem omnique felicitatis Regiae augmento beatissimam reddat et conservet. S-ae R-ae M-tis V-rae gratiae et Clementiae nos ac Civitatem hanc humilime commendamus. Datum Gedani die 3 Junii anno D-ni 1624

Sac. R-ae M-ti V-rae,

humilimi et ad obsequia paratissimi,

Praeconsules et Consules Regiae Civitatis Gedanensis.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac Domino, Domino Jacobo, Dei gratia Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae Regi, Fidei Defensori etc etc, Domino nostro clementissimo.

Alia manu: 3 Junii 1624 ad Reg. Ma: Civitatis Gedanensis literae de deprædatione a quodam Herwerto in navem ejusdem Civit. albam Columbam vocatam facta conquerentes, in quibus Ma-tis suae operam ad restitutionem obtinendam petunt.

N. 253

Gedani, 8 Junii 1624

Cives Gedanenses

ad Iacobum I regem Angliae

de navi gedanensi « Archangelus Gabriel » intercepta et restituenda

F. 92 r Serenissime ac Potentissime Rex D-ne D-ne Clementissime.

Cum his difficilimis temporibus in universo fere a) Orbi terra marique Negotiationes in communi vita necessariae hostilibus motibus graviter turbatae sint, singulari Dei beneficio et Serenissimae Maiestatis v-rae felici imperio factum est, quod in Insula et Mari Britannico non tantum pax et securitas incolis conservata, verum etiam advenis contra insidiatores liberae Navigationis patrocinium hucusque praebitum fuerit. Eam ob causam etiam Nostrates quoties in Mari mediterraneo, et circa fretum praecipue Gaditanum periclitati sunt ubi in Mare Britannicum delati, metu infestationis hostilis deposito, securius littora Nobilissimae Insulae Anglicanae legere consueverunt. Accidit autem haud ita pridem quod nostrorum civium navis quaedam oneraria ab Archangelo Gabriele denominata, summa cura et industria a violenti Barbarorum regni Fessani sinus insidentium invasione conservata, et ad promo[n]torium Plemoutanum in Anglia cursum dirigens circa portum eius a Georgio Herwerto oppugnata, ac omnibus tam mercibus pecuniis ac tormentis bellicis intercepta sit. Eam autem postquam dictus pyrata in Hiberniae portum quendam Piershafen cognominatum subduxit, divina providentia sic disponente in naves classicas incidit, atque rapina exutus in potestatem Serenissimae M.V. redactus est. Quod cives nostri intelligentes illustri fama Justitiae S.M.V. permoti intercessionales has a nobis desi-

deraverunt, quibus S.M.V. obnixè interpellaremus ut spoliatis navis cum omni apparatu restitueretur, et pyrata poena merita coerceretur. Hoc ipsum vero cum ex munere Regio cuius partes S.M.V. hactenus ex totius orbis Christiani unanimi consensu

F. 92 v abunde explevit constat esse, non dubitavimus nostratibus in postulato tam aequo et iusto gratificari, submissaque honoris ac cultus reverentia S-m M-tem V-m rogare, ut civibus nostris suppliciter coram ea comparentibus quod ipsis ereptum est, aut loco eius tantumdem iusti pretii regali iustitia reddere iubeat, ac homines privatos quorum prosperitas civilis in conservacione horum bonorum consistit laudatissima clementia sua, a praesenti calamitate vindicare dignetur: Quod uti ad commerciorum progressum et incrementum facere haud dubie videtur, iurique Navali convenientissimum est, ita quoque a S.M.V. tam aequa impetrare nihil ambigimus, vicissim subditis S.M.V. ad humanitatis eiusmodi studia in his oris deditissimi, vestrae autem S.M. cum universa Regia domo omnem incolumitatem successusque prosperissimos ex animo ad submissa officia et obsequia decentia prorsus disposito precantes.

Dabantur Gedani die viii Mensis Junii Anno D-ni 1624

S-ae R-ae M-tis V-rae

humilimi et ad obsequia paratissimi

Praeconsules et Consules Civitatis Gedanensis.

In dorso: Serenissimo Potentissimoque Principi ac D-no D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei defensori etc, etc D-no nostro clementissimo.

Alia manu: 7 Juni 1624. Ad Reg. Ma-tem Civitatis Gedanen. L-rae.

a) fere *add. sup. lin.*

N. 254

[Londini] 17 Julii 1624 (*vet. st.*)

Eduardus Conway

ad cives Gedanenses

de restitutione navium merciumque ablatarum

F. 94 r Amplissimi viri, Duas accepit Regia Ma-tas Dominus meus clementissimus a mercatorum vestrorum Mandatario Martino Peterstonio literas, utque gravate tulit, querelas vestras de iniuriis a quodam praedone Herwerto mercatoribus vestris ut fertis, illatis, ita curabit in posterum ne similis conquerendi vobis detur occasio, liberiusque et immunius ab huiusmodi pyraticis reddet in dominis suis mercaturam exercentibus iter, quod illi semper summae curae cordique fuit. Regia insuper Majestas mihi in mandatis dedit, ut vobis suo nomine significarem nihil non tentatum iri, quod ad satisfactionem mercatorum vestrorum facere possit, et navium merciumque restitutionem a praedicto

Herwerto contra eam quam vobis concedit cum subditis suis commercii libertatem, violenter ablatarum: ut sciatis quanti amicitiam vestram faciat, et quo amore Civitatem vestram prosequatur: Cujus negotia si qua nunc aut posthac promovere potero, me meis partibus non defore ex animo precor credatis. Interim vos vestraque Deo. opt. max. commendat.

17 Julii 1624.

In dorso: D-ni Secretarii Conwey literae [quibus redditionem *expunct.*] ad Civitat. Gedanen. quibus redditionem literarum suarum nuntiat, et in recuperandis navibus mercibusque ab Herwerto deprae-datis omnem Regiae Ma-tis nomine favorem suumque pollicetur.

N. 255

Varsaviae, 29 Julii 1624

Sigismundus III rex Poloniae

a Iacobo I rege Angliae

de conscriptione militum in Anglia a Roberto Stuart

F. 95 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque, necnon Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex Ser-mo Principi Domino Jacobo, eadem gratia Magnae Britanniae, Franciae, et Hyberniae Regi, Fidei Defensori, Domino Consanguineo, Affini et Fratri nostro char-mo, Salutem et omnis felicitatis incrementum. Ser-me Princeps Domine Consanguinee, Affinis, et Frater noster char-me. Redditae nobis Ser-tis V-rae literae sunt, die XXVI Martii datae ex Regia M-tis Aula, ex quibus non solum commendationem, sed et confidentiam, ac spon-sionem Regiam Ser-tis V-rae accepimus, de virtute fideque ac diligentia Ill-ris Roberti Stuarti, dein Ioannis Hussarti, cuius hactenus mentionem superiores Ser-tis V-rae literae nullam fecerunt, quamvis etiam super illo in casu mortis Stuartianae, totius negotii momentum Fundatum esset. Sed et eximium in nos Ser-tis V-rae amorem, et singularis voluntatis, ad rem, dignitatemque nostram promovendam, propensionem iterato cognovimus: quod grata semper mente recondituri, paremque animum reipsa erga Ser-tem V-ram testaturi sumus. Speramus vero in meliorem partem, Ser-tem V-ram interpretaturam, quod hactenus accuratius, quaedam securitatem nostram concernentia, a dicto Stuarto exegerimus, utpote quibus se ipse in Conventione ultro nobiscum initae firmataeque obstrinxit. Neque deinde mirum videri posse existimamus, si Reges, Principesque mutuam fidem a se invicem de aliis ex pacto ipsorum expresso, deposcant, quando id rerum magnitudo et difficultas, simulque personarum contrahentium longiquitas postulat: vel denique ii qui magnorum arduorumque negotiorum consilia et promissiones adferunt, alienae ditionis, ac potestatis, nec omnino notarum facultatum sunt. Nam fides et virtus Stuarti, quamvis nobis dubia non sit, tamen illam, non nobis solum notam, sed et Ser-mis successoribus ac haeredibus nostris testatam, certamque esse, negotii universi fiducia et securitas est. Illud nobis, nunc insperatum ac incommodum accidit, ut dum iis de rebus ultro, citroque agitur, temporis opportuni usus atque commoditas elapsa, et occasio prima amissa sit; quibus insuper novum et inevitabile regnorum

F. 95 v ac provinciarum publice impedimentum successit, propter quod rem conventam aggredi et perficere, integrum iam ad praesens non est, quemadmodum latius ipsi Stuardo perscribi curavimus; cuius tamen rei, non id consilium aut necessitas erit, ut non ipsius operam superioribus pactis, et primo cuique tempori atque occasioni servatam velimus, speremusque. Quocirca etiam a Ser-te V-rae amanter petimus, ut nihil interim de animo erga nos suo, et pristina voluntate, ac concessione militis conscribendi, educendique immutatum velit, sed quancunque dicto Stuardo per homines nostros, de occasione recepta, et toto negotio in effectum deducendo significari iusserimus, ei praestitutum militis numerum, bona cum Ser-tis V-rae venia, gratiaque colligere, et in usus nostros libere, integreque educere liceat. Quod, ut dignum perpetua et constanti amicitia, ac voluntaria hactenus gratificatione Ser-tis V-rae esse confidimus, ita vicissim omnia, quae a sinceri amoris studiis proficisci possunt Ser-ti V-rae pollicemur. Cui postremo diuturnam incolumitatem, florentemque regnorum statum, et prosperos rerum successus a Deo precamur. Datae Varsaviae die XXIX Julii, Anno MDCXXIV.

Ser-tis V-rae

Bonus Frater

Sigismundus Rex

In dorso: Ser-mo Principi, D-no Jacobo Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hyberniae Regi, Fidei Defensori, Consanguineo, Affini et Fr. n-ro char-mo.

Alia manu: xxix July 1624. Ad Regiam Ma-tem Ser-mi Poloniae Regis l-rae, quibus Regiae M-ti gratias agit de egregia erga illum voluntate, quae et mirari desinat si securitatem pro Stuardo exegerit, adductus ad id variis argumentis, rogat: lapsam esse occasionem de conducendo milite ostendit: priorem vero Ma-tis suae gratiam in posterum ubi se obtulerit occasio, precatur.

N. 256

Schluchovia, 9 Octobris 1624

*Ioannes Weiher, Palatinus Culmensis
ad Iacobum I regem Angliae
mittit alces et uros*

F. 97 Sacra Serenissima Regia Majestas, Domine Clementissime.

Quod priorum Alcium munus Regiae Majestati V-rae gratum acciderit, perjucundum nobis fuit intelligere ex literis Regiae M-tatis V-rae, siquidem unicuique gratificandi Regiae M-tati V-rae studium nobis est commendatissimum. Iterato itaque mittimus Regiae M-tati Alces duas et Uros totidem, qui utinam pro votis nostris conspectui Regiae M-tatis V-rae exhibeantur tanto foelicius, quanto eorundem desiderio Regiam Ma-tatem Vestram teneri optatius, ex literis ejusdem intelleximus. Humilliter seduloque petentes, Regia M-tas V-ra, studium observantiae nostrae erga se, eo clementiae et benignitatis affectu a nobis accipere

dignetur, quo nos nostrosque ad quaevis merita Regiae M-tati V-rae syncerissimo dedicavimus obsequio. Dominus Deus prosperare ac stabilire solium Regiae M-tatis V-rae, ipsamque in multa tempora salvam et incolumem conservare dignetur. Datum Schluchovia nona Mensis Octobris. Anni 1624

Regiae Majestatis Vestrae

devotissimus

Joannes Weiher

Palatinus Culmensis

In dorso: Sacrae Serenissimae Regiae Majestati Magnae Britanniae, Franciae et Hyberniae etc, fidei defen. D-no Clementissimo.

Alia manu: 9 Octobris 1624. Joannis Weiher Palatini Culmensis literae

N. 257

Varsaviae, 4 Decembris 1629

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Christianum IV regem Daniae
de officiis pro pace gratias agit
(exemplar)*

F. 99 r Sigismundus III Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniaeque nec non Suecorum Gothorum Vandalorumque haereditarius Rex, Ser-mo Principi D-no Christiano IV Dei gratia Daniae Norvegiae Vandalorum Gotthorum Regi Duci Slesvici Stormariae ac Ditmarsiae Comiti in Oldenburg et Delmenhorst amico Affini et vicino nostro char-mo, Salutem et omnem felicitatem.

Serenissime Princeps D-ne amice Affinis et vicine noster char-me. Cum nos ipsi primum geramus ad publicam quietem atque tranquillitatem salvo iure, dignitateque Nostra Regia animum, non potuimus nisi amica, atque propensa voluntate accipere studium id pacis revocandae, quod per Legatum suum Nobis Ser-mus Magnae Britanniae Rex aperuit. Qua in re amica S-tis V-rae per literas cohortatio plurimum apud Nos valuit, et ad sistendum sanguinem Christianum dudum propensis plus animi addidit. Quod Legato Ser-mi Magnae Britan[n]iae Regis ita testati sumus, ut nostra ex parte nihil unquam ad restituendam tranquillitatem publicam desiderari possit. De cetero S-ti V-rae prosperam ac diuturnam valetudinem felicesque rerum successus ex animo precamur. Dat' Varsaviae IV Mensis Decembris Anno D-ni M DC XXIX Regnorum nostrorum Poloniae XXXXII Sueciae XXXVII anno.

In dorso: Copy of ye Ky: of Pol. answer to ye Ky: of Denmarke. December 1624 (*sic*)

Alia manu: Copia literarum ad Ser-m Regem Daniae.

Neomarchiae, 27 Februarii 1615
(*vet. st.*)

Iacobus I rex Angliae
ad Ianussium Radziwiłł
de oppressione protestantium in Polonia

F. 100 r Iacobus Dei gratia magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Rex, fidei Defensor etc Illustrissimo Principi Domino Janusio Radzevil, Duci in Byrza, Dubinky, Slutzko et Kopil, S.R.I. Principi, supremo Magni Ducatus Lituaniae Pocillatori, Capitaneo Borissiensis, etc, Consanguineo, et amico nostro dignissimo, salutem et Regiam nostram benevolentiam Illustrissime Princeps, consanguinee, et amice dignissime. Literas vestras sinceri amoris, et constantis amicitiae testes, superiori aestate Gedano scriptas, nobis reddidit famulus noster Patricius Gordonius; simulque abunde exposuit singula quae Cels. V-ra ipsius fidei nobiscum communicanda commiserat. Certe ut maximam ex vestra in mutui nostri affectus fiducia voluptatem caepimus; ita non minori sollicitudine afficimur, quo voluntati vestrae in negotiis ad divini numinis cultum spectantibus, quantum in nobis est, satisfaciamus. Quod in proximis Comitibus Varsaviensibus post longam, et periculosam de stabilienda et confirmanda libera Evangelii praedicatione, iuxta Regis in prima Regni inauguratione iuramentum, nihil ad optatum finem propter nimiam adversariorum potentiam deductum fuerit; imo quod statim Comitiorum exitum variis in locis Ecclesiae ministri aliique Evangelicae veritatis professores sedibus fuerunt electi; et Urbs Elbinga in qua subditi nostri Anglicanae Societatis

F. 100 v mercatores multos iam annos tutum habuerunt domicilium, proscripta grave servitutis iugum subire, aut libertatem redimere, aut se vi defendere cogatur, magna cum admiratione audivimus; neque facile fidem adhibuissemus nisi inauditae perditissimi illius Cicocky (quem Cels. v-ra, nostri amore, criminis atrocitate perculsa, ad nos nullo habito discriminis respectu transmittere volebat) blasphemiae ad aures, et oculos nostros pervenissent. Quod vero nos in tam arduis negotiis in aliena Republica componendis praestiterimus, aut in posterum praestare constituerimus, ex eodem famulo nostro Cels. V-ra prolixè intelliget. De nostro vero vestrae benevolentiae gratificandi studio, ita sibi persuadeat, nos nihil praetermissuros, quod ad dignitatem et existimationem vestram augendam efficere possumus. Et quia nec nostro desiderio, nec vestrae expectationi satisfacere praesens fert occasio; ut qualemcumque propensi animi nostri testificationem per eundem Gordonium, ad vos illustrissimamque Principem coniugem vestram transmissam Cels. vestra boni consulere, regiamque nostram mentem sincere interpretari velit amanter confidimus. Atque ita eandem cum illustrissima familia quam diutissime bene valere cupimus. Datae e Regia nostra Neomarchiana.

In dorso: 27 Feb. 1625 (sic). To the Prince Radzevil from his Ma-ty, 27 Feb. 1625 (sic) from Newmarket.

a) ipsius... vestra *add. sup. lin.*

SUPPLEMENTUM

Documenta sequentia, quae in supplemento ponuntur, pertinebant olim ad seriem documentorum iam impressam in paginis praevis, id est, ad seriem State Papers, Poland (SP 88/4). Circa annum autem 1953 Curatores Archivorum Londoniarum ea excerpebant ex hac serie et in aliam seriem, State Papers, Turkey (SP 97/8-10), ubi nunc inveniuntur, seponerebant, monendo tamen lectores de mutatione facta. Haec mutatio accidisse videtur ex eo quod, quamvis documenta quoad personas et res gestas, regnum Polonicum spectarent, deveniebant in manus Thomae Roe, qui apud Portam Ottomanicam ab anno 1621 usque ad 1628 legati Anglici officio fungebatur. Ut ergo eius officii decursus et progressus apud Constantinopolim faciliter intelligi posset, melius visum est Curatoribus omnia documenta ad eum spectantia in unum redigere, et ideo inter seriem Turcicam locum habent.

Nos autem seriem rerum Polonicarum in formam pristinam reintegrare volentes, haec fugitiva folia rete cepimus et pro convenientia lectorum quasi in priorem statum restitimus.

N. 259

[*ex Turchia*] *Januarii 19 1622*

Ignotus

ad « dominum Navarcham »

relatio de bello turcico contra Poloniam, de obsidio arcis Chocimiensis deque pace conclusa

SP 97/8

F. 3 r A relation of the Success of ye Polish Warre

The Grand S-r having gathered his Army of foot and horse about 300,000 men though reported 600,000, and arived at the Confines of Poland, attempted first the Fortresse of Hottine, a castle belonging to the province of Moldavia, and lately given by Gasparo Gratiani to the Polacks; which being strong of situation and well furnished for defence, the Turk finding it difficult to carry in five dayes, left it assieged, and passing the River of Boristine, found there the Chancellor of Polande entrencht upon the Borders in a strong place, and of great advantage, kept with 40,000 Polacks and Cossaques, and 8000 Highdutch sent by the Emperour in aid of the King of Poland. The Prince was encamped at Caminitza, and strongly entrenched with 60,000 soldiours. The King abiding in Cracovia with the Nobility and his Court. The Grand S-r facing the trenches upon Boristine, with the multitude of his Army enclosed them round, and shutt upp all the passages, sending presently the Prince of the Tartars Jean-beagh-ghiray-stan with 30,000 Tartarians to make incursions into the heart of Poland, who did great spoile, and brought away captives 25,000 soules of all sorts. Which damage did not so much proceed from the will of the Prince, as from a captaine of his, a nobleman of Tartary, called Kante-Emir-Emirze, now in great favour with the Emperour. For it is thought that betweene the King of Poland and the Prince of Tartary there hath been some

secret Intelligence by vertue of money, which beeing suspected by the Grand S-r, it is doubted when occasion shall serve, that he will not only attempt to deprive him of his estates, but prepare him a worse Lodging. During the space of 34 daies, that the Grand S-r held these trenches beseeched, almost every other day he gave them terrible assaults, but was allway forced to retire with losse. The Polacks in bravery making some sallies and encounters were allsoe gladd to recover their strength, only once they soe farr advanced in the evening with their shott, upon the quarter of the Janizaries, that they made a great execucion and almost pusht the whole Camp into disorder. And as the Turks themselves confesse; if this sally had bene given in the night, it had hazarded the confusion of the whole Army. All which beeing seene by the Grand S-r and litle hope of advancing further, for divers reasons he was enforced to treat a Cessation of Arms with the Chancellor. The first was, that considering he had spent so much tyme without any advantage, and the winter approaching, whereby his army suffered great extremities of cold and other miseries, by reason of terrible [.] which had carried away divers Tents, horses and other Cattell and sunk part of his Cannons. Secondly the provision of fodder was become so deare, that divers forsooke their horses for want of meanes to feede them, besides the great mortality of men, of fluxes, feavers, and colds, and the horses of Asia not used to such weather, that many men of quality that came out with 10 or 12 were compelled to retorne on foote. Thirdly, the Army either for weariness or for discontent received from the Emperour himselfe for his narrowness and avarice showed to the soldiours, contrary to the glorious example of his Auncestors in like enterprises, not only refused to fight, but were little lesse then mutiners. Fourthly, this attempt from the beginning proceeding meerly from the obstinacy of the Grand S-r contrary to the Councell of all his Visiers, who desired generally a peace, at their sollicitation and

F. 3 v by the mediation of Radula Prince of Walachia, both parts were easely induced to treaty, and the Chancellor was drawn to send a Secretary (who is now at this Port) to the Grand S-r where it was agreed as followeth.

First, that the Emperour should raise his Army, and retire from the Confines of Poland, and the Tartares, as the occasioners of this warre, should send an Emirze to reside as a pledge from ensuing Incursions. The Chancellor promising in the name of the King of Poland to keepe another in the Court of the Prince of Tartary, with condition to pay yearly 40,000 florens, an antient pretension of the Tartars as a Donative from the King of Poland. Promising moreover for the better confirmation of the future peace, to maynteyne a Resident in the Port of the Ottoman Court; and uppon the Arrivall of every such Ambassador to find a present conformable to the Ledgers of other Christian Princes. And as the Tartars are obliged to forbear all Incursions from the Polack, so they shall bind themselves in behalfe of the Cossaques, that they shall committ no Robberies in the Dominion of the Grand S-r. And further covenanting in the name of the Polish Merchants for the priviledge of traffique to make a present of 100,000 Chequins in Plate, Sables and Bulgary hides, allway intended with this Reservation that

this treaty shall not preiudice nor bind untill the Grand S-r doe send a Chiaus to the King of Poland, with these overtures, that he might have tyme to assemble his Parliament, and there resolve to send an Ambassadour with ample authority to treat and conclude a finall peace in this Port. Whereupon the Gran S-r beeing satisfied with these conditions, did dispatch presently his Nuntio into Poland, and sodainly to the great content of all his Army, he raised his camp, and returned to Adrianopoli.

By relation of divers present in this warre, it is reported that there dyed in the Turks camp, by the sword, famine, sickness and cold about 80,000 men, and above 100,000 horse, and the Remayne at their retorne appearing so naked, poore and sickly, made evident demonstration of the great losse and misery susteyned. The Polacks in their trenches lost about 20,000 by the famine suffered in their beseeing. And it is thought, if the winter and other wants had not constreyned the Gran S-r to rise, with some pretence of honour, and that he had staide a few daies, they had bene enforced to render or perish. Which is evident, in that they also were gladde and prompt to accept of any agreement although as yet nothing is fulfilled.

In dorso: Copy of relations of Polish affayres and others sent my Lord Admiral by ye last post, Jan. 9/19 1622.

N. 260

Varsaviae, 6 Februarii 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Vizirium Dilauer Bassa*

*acceptis pacis nuntiis « chiaussis » ad pacem negotiandam consentit
(exemplar)*

F. 115 r Sigismundus tertius, dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Litvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Haereditarius Rex, Illustrissimo Principi Dylauer Bassa, serenissimi ac potentissimi Turcarum Imperatoris supremo Vesirio, amico nostro charissimo.

Illustris Princeps, Amice noster charissime, venit ad nos paucis ante diebus, cum literis Illustritatis vestrae, generosus Mahomet Aga Chausius, ex quibus intelleximus Illustritati vestrae uti viro prudenti ac maturo, cordi et curae esse, ut vetus amicitia, quam nos et divi Antecessores nostri, cum serenissima domo Othomannica sacrosancte coluerunt, post has belli calamitates, nova pace et foedere efflorescat atque perennet. Quae quidem amicitia illibata a tot retroactis seculis, inviolataque vicinitatis concordia, sanctissimis utrinque foederibus stabilita, quo fato, cuiusque culpa in bellum eruperet ignoramus. Sicut enim cum serenissimo olim Sultan Achmet, Parente Serenissimi Imperatoris moderni, in mutua pacis atque foederis societate viximus, vestigiisque maiorum nostrorum insistendo, nulla re ab officio et Amicitia Serenissimae domus Othomannicae abduci potuimus, Ita Serenissimo Sultan Osman Cham feliciter ad fastigium Othomanici Imperii assumpto, non solum amicitiam atque benevolentiam nostram per gene-

rosam Petrum Osga Capitaneum Treboviensem, legatum nostrum amanter testificati sumus, verum etiam foedus ex formula antiquorum pactorum solenni utriusque iureiurando pepigimus. Quamobrem, quis casus Amicos Principes Imperiaque concordia, in omni memoria atque fraterna vicinitate sociata, ad armas stimulaverit, amicitiamque in odium, pacem in bellum, ac mutuam vicinitatis atque commerciorum societatem in discordiam, violato sacrosancti iurisiurandi sacramento, verterit, supremo omnium arcanorum scrutatori, summoque ac optimo belli et pacis moderatori, Deo, indagandum, atque iudicandum relinquimus.

F. 115 v Nunc vero, quoniam redintegrata pristina amicitia, quam, aut temporum iniquitas, aut occultum quoddam sortis humanae perpetua vicissitudine nutantis fatum, aut hominum, pacis osorum malignitas, atque impietas, turbaverat, res ad concordiam rediit, tam bellum ipsum quam causas eius, perpetua oblivione obliteramus, pacemque quam Deus ipse, cui id bellum inter Principes sancto, et antehac inviolato atque foedum iure sociatos, summe displiciebat, conciliavit, amplectimur. Quamobrem pro ea rite stabilienda, designavimus ad Portam serenissimi Imperatoris, magnum Oratorem nostrum, virum illustrem, magnique in Regno nostro nominis, atque authoritatis. Qui cum ob gravissimas coeli iniurias, itineraque nivibus obstructa, nondum protectionem suam expedire, sevienteque insolitis frigoribus hyeme, itineri sese dare potuerit; aequi bonique eam moram, serenissimus Imperator, Illustritate vestra prudenter eius rei causa ipsi explicante, consulit. Coeterum, postquam his diebus, alter ad nos Chiausius, videlicet, generosus Achmet venit, generosum Achmet Aga ad Illustritatem vestram cum hisce literis nostris remittimus, quas ubi Illustritas vestra legerit, de amica nostra voluntate, studiosoque pacis animo, serenissimum Imperatorem edocebit, moramque hanc oratoris nostri purgabit, brevi-que ipsum ad Portam serenissimi Imperatoris cum amica et sincera legatione adventurum pollicebitur. Ac insuper operam dabit, ut quod in literis suis Illustritas vestra amice commemorat, Cham Tartarus, cui nos, iuxta antiquorum ac novorum pactorum praescriptum, annuum stipendium solvi mandabimus, severissimis serenissimi Imperatoris mandatis, in officio contineatur, nullisque incursionibus, ditiones regni nostri infestet; communemque amicitiam hostili ausu, nullatenus violet. Quod amanter ab Illustritate vestra

F. 116 r postulamus, gratoque animo eam curam atque sollicitudinem ab ipsa accipimus, qua, pro sua prudentia, gravique sedato maturae mentis, atque iudicii sensu, in pacis atque foederis inter nos regnumque nostrum, ac serenissimam Othomanicam domum revocatione, elaboraverit.

Quod prudens ac praeclarum suum pacis conservandae institutum si Illustritas vestra, uti speramus, deinceps quoque retinuerit, plurimum et de serenissimo Imperatore, inelytaque domo Othomanica, et de nobis, amplissimoque regno nostro, sua cum laude, merebitur. Quam bene valere, prosperoque rerum omnium successu uti optamus. Datum Warsaviae 6 Februarii Anno D-ni 1622, Regnorum nostrorum Poloniae 35, Suetiae 28.

In dorso: Copy of ye Kyng of Poland to the Vizier. 6 Feb. 1622.

Varsaviae, 10 Martii 1622

*Sigismundus III rex Poloniae
ad Vizirium
(exemplar)*

SP 88/4

F. 210 r Illustris Princeps, amice noster charissime. Accepimus literas Illustritatis vestrae singularis erga nos studii officique plenas, quas libenter legimus, optimum Ill. Vrae affectum considerando, quae et optat et in eo allaboraturum pollicetur, ut vetustissima mutuae societatis bonaeque vicinitatis iura, inter Illustrissimos Ottomanicae familiae Imperatores Divosque olim Praedecessores nostros tot iam saeculis religiose habita, et nunc in vero concordiae synceraeque amicitiae fundamento stabiliantur. Quod ut Ill-tis vestrae opera ad optatum effectum deducatur, ab ea summo studio requirimus. Nuncii porro qui literas ab Ill. vestra attulerunt, Generosus Achmet Chausius praecipue vero Generosus Baptista Verellius abunde retulit, officialibus nostris, ea quae ad firmandam pacem, et societatem cum Ill. Imperatore maxime faciunt, et eum quidem commendatione Ill-tis vestrae non indignum existimamus, qui hoc conficiendae ab utrinque pacis negotium, et diligenter et studiose tractet omnemque in eo operam ponat. Oratoris nostri viri Illustris familiae, et cum suis tum maiorum suorum meritis clarissimi, ad Ser-m Imperatorem discessum quae causae remorentur, in literis nostris per Generosum Achmet Aga Chausium exposuimus, verum et id non minori est impedimento, quod is sine literis liberi transitus et interposita fide publica pro more omnium gentium recepto itineri sese committere nequeat. Qua de re per Officiales nostros cum Generoso Verellio contulimus, ut et causas dilati itineris intelligeret. Ill-ri vestrae omnia exacte referret, et opera sua quam hac in parte obtulit perficeret, ut eiusmodi literae passus quam primum huc transmittantur. Qua de re pluribus idem Verellius cum Ill-te vestra aget. Quibus literis habitis, nulla prorsus interveniente mora, Legatus noster destinatam profectionem persequetur, in commissoque a nobis arduo hoc negotio, omnem et diligentiam et industriam sufficienti a nobis habita informatione adhibebit. Ill-tatem vestram bene valere cupimus, cui amicitiam nostram offerimus. Datae Varsaviae die X mensis Marcii Anno a nativitate Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi 1622 a).

In dorso: From the kynge of Poland to ye Vizier, 10 March 1622

a) Extat aliud exemplar huius epistolae
in SP 97/8, fol. 128, in quo nomina

aliter describuntur: sic, *Czansziusz*,
Vevellius, *Mechmet Aga Czansziusz*.

Constantinopoli, 5 Augusti 1622

*Stanislaus Koniecpolski
ad Thomam Roe, legatum Anglicum apud Turcas,
de conditione in captivitate Turcarum*

SP 97/8

F. 316 r Etsi per hoc intervallum temporis, responsum ab Ill. D.V. satis avidae expectabamus; mora tamen illius, nullam sinistram opinionem

in animos nostros inducere potuit; imo quanto diutius retardabatur, tanto feliciorum nostrorum desiderii in dies sperabamus. Nec minime fefellit nos opinio nostra, intelleximus enim ex praesentibus, et S.R.M.-tem D. nostrum Clement. in eadem gratia erga nos perseverando, nostrum negotium iteratis vicibus, commendasse: et Ill. D.V. nullum genus remedii elaborando de libertate nostra apud Portam Ottomanicam omisisse, ad idque res perduxisse, ut quod antea adventu Oratoris S.R. M-tis Domini nostri Clement. libertatem nostram, certo sperabamus, eam nunc confirmati literis Ill. D.V. infallibiliter nobis pollicemur: et quamvis duri carceris pertaesi, tamen hac spe quodammodo recreati, cum patientia optatum diem expectamus. Immerito Ill. D-ne de nobis sibi tantum persuadent nostrasque personas magno (paci ad nutum illorum componendae) auxilio, credunt. Non enim nos tanti sumus, nec tanti nos esse existimamus, etsi etiam aliquid merita nostra valere posse existimaremus: satius nobis esse perpetuo etiam carcere detineri, et acerbissimam quamque mortem oppetere, quam aliqua (ob causam nostri) iniusta conditione, hoc inclitissimum Regnum patriam nostram indui, videre.

Monita ac consilium Ill. D.V. gratissimo, ut par est, animo accipimus, et quoniam per hoc infortunii tempus, nullam occasionem ad saeviendum illis praebuimus, tanto magis nunc, omnia quae sine nostro commodo, et illorum animorum exacerbatione essent (modo illi ipsi occasiones non fingant) cavere, curabimus, quod si etiam tale aliquid ex permissu Divino accidisset, Omnia propter Dei nominis gloriam, Ser-m Regem Dominum nostrum Clement. Charissimamque patriam lubenti animo etiam gravissima quaeque subire parati sumus. At nihil dubitamus in gratia Majestatis divinae, quod ex sua misericordia, omnia adversa removebit: nosque pristinae libertati restituet. Qua adepta, hoc nobis curae negotique erit, ut S.R.M.-ti Domino nostro Clement. istam erga nos immensam gratiam, reservamus: et Ill. D.V. hoc singulare studium omni offitiorum genere resarciamus. Cui nos nostraque officia quam diligentissime commendamus. Datum 5 Augusti 1622

Ill-mae D-nis V-rae

amici ad servitia paratissimi.

In dorso: From ye Lord Konespolky Gen-ll of Poland prisoner in the black Tower. 5 Aug. 1622.

N. 263

Varsaviae, 1 Septembris 1622

Sigismundus III rex Poloniae

ad Thomam Roe

gratias agit de cura captivorum et rogat ut Koniecpolski quo citius liberetur

F. 318 r Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, Nec non Suecorum, Gotorum, Vandalorumque haereditarius Rex.

Ill-tris Grate nobis dilecte. Intelleximus ex relatione plurimorum et praecipue eorum qui isthic Generosi Stanislaus Koniecpolski apud Ottomanicam Portam captivi curam gerunt, Grat. V-ram captivis ibi

gentis nostrae plurima humanitatis officia exhibere, et de eorum libertate sollicitam esse. Quare testari volumus Christianam hanc pietatem Grac. V-rae nobis gratissimam esse, plurimumque nos hoc nomine Grat. V-rae et imprimis D-no Grat. V-rae Ser-mo Regi Angliae fratri et consanguineo nostro char-mo debere. Caeterum cum nihilominus captivi isti nostri crudeliter ibi tractentur, et timeant graviora cum Ottomanis Legatum nostrum ad firmandam pacem istosque liberandos adventantem, ut iam est in procinctu, persenserint, quam diligentissime postulamus, ut Grat. V-ra praesertim ad liberandum Stanislaum Koniecpolski omnem suam operam admoveat, et efficiat, ut quam primum dimittatur. Quicquid autem idem Koniecpolski pro sua liberatione Grat. V. promiserit, in indubio praestandum fore pollicemur: Omnique nostrae benevolentiae significatione studium hoc et laborem Grat. V. compensare conabimur, singularesque gratias referemus eo nomine Ser-mo Angliae Regi fratri et consanguineo nostro char-mo. De reliquo Grat. V-ram optime valere cupimus. Dat' Varsoviae die 1 Mensis Septembris Anno Domini M DC XXII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXV-o Sueciae vero XXIX Anno.

Sigismundus Rex.

In dorso: Illustri Thomae Ro, Serenissimi Magnae Brithanniae Regis apud Portam Othomanicam Residenti, grate nobis dilecto.

N. 264

Constantinopoli, 22 Februarii 1623

Lucas Żółkiewski
ad Iacobum I regem Angliae
gratias agit ob curam de sua liberatione ex captivitate Turcarum
(exemplar)

SP 97/9

F. 37 r Sacra ac Serenissima Regia M-tà Signore mio Clementissimo.

Quanto più è stata l'Afflitione Della mia prigionia patita doppo fui fatto captivo, in servitu della Serenissima R-a M-tà di Polonia, Signore mio Clementissimo, tanto maggiore è ancora l'obbligo mio verso la M-tà sua Della molta protetione tenuta di me qua in Constantinopoli per il suo ecc-mo Ambasciadore quale molto si è oprato in questa mia liberatione, onde come l'obbligo mio richiede, io parimente bramo haver occasione di potere con il spargimento del proprio sangue di mostrare quanto io vivo verso la M-tà sua humilissimo servitore, minimo nei meriti ma eguale a molti in Divotione, et hora venendo con questa mia à renderle infinite gratie, resto, pregando il Signore per la felicità delli Alti suoi pensieri, supplicandole del honore della continua sua protetione verso tutti di mia famiglia veri servitori Della Serenissima M-tà sua. Constantinopoli 22 febraio 1623 a).

In dorso: Copy of ye Lord Zolkiewsky, nephew to ye Chancelor of Poland to his Ma-tie sent by ye last Post feb. 22, 1622 (*sic*)

a) *Extant alia dua exemplaria, fol. 38 et fol. 56, hoc ultimum die 24 Feb. 1623 scriptum.*

Constantinopoli, 23 Februarii 1623

*Volmarus Farensbach
ad Iacobum I regem Angliae
gratias agit ob curam de sua liberatione ex captivitate Turcarum
(exemplar)*

F. 40 r Serenissime Rex DD. Clementissime.

